



1675

1. *Franziskus, Dominikaner* ...

2. *Franziskus, Scholastik* ...

3. *Franziskus, Scholastik* ... 11.

4. *Franziskus, Scholastik* ...

5. *Adrianus, Valentinus* ...

6. *Gregorius, Augustinus* ... 12

7. *Gregorius, Augustinus* ... 13

8. *Gregorius, Augustinus* ... 14

9. *Gregorius, Augustinus* ... 15





1612.

1. Annianus, Domitianus : De rescindenda venditione
2. Formanus, Octavianus : De possessione
3. Formanus, Octavianus : De legibus Feliis publicis
communi jurisdictionum.
4. Formanus, Octavianus : De usucapionibus et
prescriptionibus
5. Melasius, Valentinus : De actionibus in rem
civibus, appote rei vindicatione, et confessione
et negatoria actionibus?
6. Muelpfort, Wolfgangus Wertherus : Ad subsequentes
theses : De legitima defensione . . . respondet.
7. Pringlzgerus, Virgilius : Quod juris habeat bonae fidei
possessor in fructibus rebus rei alienae
- 7^a. Formanus, Octavianus : De consuetudinibus ad l. 32 ff. d. ll.
8. Jucius, Johannes : De actionibus mixtis, fructuum
reguntorum, fundi hereditariae, Communi Divisione

9. Theodoricus, Petrus: Membranae jura subdito-
ritorum succincta methodo exhibentes

10. Vuyepaus, Erasmus: De jurisdictione

17 Pinguetius, Virgilius: Centuria Theodoricus ex
utilissima et frequentissima regaliura materia
selectarum. 1613.

12. Suerius, Johannes: Quaestionum ad constitutionem
prosperitatis religionis directarum, secunda.

1613.

1. Struensis, Dominicus: Quaestionum ad 100 accipiendis
universi juris publici, sacri ac privati capitibus;
ad jus civile, feudale, Canoniam... moresque
habituos spectantibus delibatarum, Semicenturia

2. Struensis, Dominicus: De pigrioribus et hypothecis.

3. Formanus, Ortelph: Centuria tres portio nam
legalium.

1613,

4. Sacerius, Johannes: De obligationibus divinis et
in divinis, eorumq. effecta et usu in jure civili,
canonico et feudali.
5. Theodoricus, Petrus: Disceptatio ad difficultates
pandectarum leges.
6. Theodoricus, Petrus: De crimine falsi.
7. Ungebus, Erasmus: Turispositionum dodeces.

9
10
17
/ 2
/ 6
/ 1
/ 2
/ 3

[Faint, illegible handwritten text on lined paper]

cuſ. Deo.

DE POSSESSIONE
DISSERTATIO 1612, 2

Quam

*Permiſſu ampliffimi Jctorum Jenenſium
ordinis*

PRÆSIDE

Ampliſſimo & conſultiſſimo viro

DN. ORTOLPHO FOMANNO

J. U. D. & Profeſſ. in inclyta Salanâ, nec non Conſi-
ſtorii, curiæ provincialis ac Scabinatus ibidem
Aſſeſſore digniſſimo

Diſquiſitioni publicæ exhibet

CHRISTOPHORUS GERDES
Güſtrowi-Megapolit.

Ad 3. Octobr. Anno 1612.



JENÆ

Typis HENRICI Rauchmaul.



Magnifico Amplissimo

D. ERNESTO COTH-
MANNŌ Jcto Illustris. Celsis. Prin-
cipis ac Dn. Dn. JOANNIS ALBERTI Du-
cis Megapolitani &c. Domini mei cle-
mentissimi, Cancellario dignissimo: in-
clytæ Facult. Jurid. in Academia Rosto-
chienenſi antecessori meritissimo. Dn. pro-
patri ac promotori ſuo obſervantiſ-
ſimè ſuſpiciendo

Conclusiones hæcæ in ſtudioꝝ ſuozum
teſtimonium & obſervantiæ argumen-
tum offert & dedicat.

Auctor & Reſp.

DISSERTATIONIS
DE POSSESSIONE.

Sectio I. De Definitione.

Conclusio 1.

Possessio est detentio rei corporalis cum affectione seu animo possidendi.

2. Appellatur possessio à sedibus quasi positio *l. 1. in pr. de acquir. poss. ut est in D. Florentinus. Quæ lectio ut verior. probante Contio 1. disput. jur. civ. 9. Cuiac. in parat. C. de acq. poss. Vigl. Zuich. §. 1. n. 10. Inst. de testam. Pet. Fridero Mind. tr. de caus. & mat. poss. c. 1. ita & Grammaticis commodior est, quibus cum *Alciat. 1. πειραγ. 1. possidere à pos & sedere componit, voce scilicet origine à sedibus sumptâ. Positio dicitur πρὸς ὑποπόδιον seu allusione, quæ apud Jctos non infrequens est. Donel. 5. comm. 6. Quo saltem nomine & lectionem vulgatam, quâ à pedibus quasi pedum positio dicitur, sustineri posse rectè tradit Zas. in l. 1. h. t. cum Jcto tam à stando quam sedendo causam possessionis expendente in l. 3. §. 5. h. t. Inutiliter itaque post Bald. & alios laborat *Jason in l. 1. h. t. cur à pedibus potius quam manibus aliæve hominis parte possessio nominetur. Nec immerito à Petr. Frid. Mind. d. tr. c. 1. num. 5. reprehenditur Hotomanus quod existimavit, quasi notam vel symbolum aliquod possessionis fuisse (dicit causâ) sedum positionem. Connani 3. comm. 8. Turam. de verâ subst. poss. c. 4. n. 4. & aliorum vulgatam probantium argumenta tanta non sunt, quin præter allusionem dictam nihil importent.***

3. Optimo jure dicitur detentio *l. 1. in pr. h. t. verb. κατοχή*. Ita Græci possessionem dicunt, id est, definiunt: Appellant enim *νομήν*. Alibi effertur detentatio *l. ab hostib. 15. §. fin. Ex quib. caus. mat. l. 5. de imp. in rem dot.* Alibi possessioni incumbere *l. qui bona 19. h. t. Post Theoph. Inst. de inserd. in pr. Donellus 5. com. 6. Duar. in com. ad*

A 2 h. t.

*h. t. c. r. § 1. ann. disp. 18. Cont. 1. disp. 9. Wes. in parat. hic. Vult. in Iurispr. 67. Turam. de ver. subst. post. c. 7. n. 23. Pet. Frid. Mind. d. tr. c. 1. n. 10. & alii. Alibi pro detentione dicitur usus à lavol. in l. 115 de V. S. & ab *Elio Gal.* uti ex eo refert *Sext. Fest. Pomp. lib. 14.* Nec enim ibi *quæ* quæ in servitute aliqua, conductione, &c. consistat sed detentionis uti in usucapionis verbo significationem habet. *Cuiac. in parat. C. h. t. Vult. d. los. Borch. tr. ad h. t. c. 1. n. 14.* Qua ratione id generis loco rectè assumit *Myns. Inst. de interd. §. 5.* secutus *Alciatum in d. l. 115. Diff. Bronch. ex vul. cent. 3. ass. 96. Goedd. in d. l. 115. n. 8.**

4. Detentionem intelligo rem in facto & detinendo positam seu rem facti; non jus detinendi (quod distingvi quoad potestatem juris permultum interest ut tam eleganter quam verè deducit *Don. 5. com. 6. l. 1. §. 4. h. t. l. 1. §. Scaevola. Si is qui test. l. 29. h. t. l. 49. eod.* Talis est possessio & ab initio cum acquiritur & tum cum quaesita est. *Don. Myns. dd. locc. Fach. 8. contr. §. in fin.* Contra docuerunt *Interpp.* vulgò magna ex parte, definientes possessionem jus insistendi vel detinendi. *Br. quem seq. Ias. Dd. communiter in d. l. i. h. t. Balb. tr. præscr. p. 3. 3. p. pr. q. 1. Sebast. Med. tr. de acq. poss. in verb. sive possess. n. 1. Borch. d. tr. ad h. t. c. 1. quos præclarè refutat *Don. 5. com. 6.* Item quando possessionem facti esse dicitur quo ad initia productiva, jus postquam acquisita est. *Ias. in d. l. 1. n. 30. Zas. ibid. in pr. Covar. ad c. possessor. 2. part. vel. inu. n. 3. de R. Iur. in 6. Saeid. in §. 5. Inst. de interd. n. 9.* & alii, quos refellit egregiè *Facon. 2. decl. 32. per l. 29. h. t.* & scitum illud *Alciati de quinque ped. præsc. n. 96.* Acquisitio possessionis à possessione differt ut nativitas hominis ab ipso homine.*

5. Nec tamen omninò labitur, qui cum *Ias. in d. l. 1. pr. n. 72. & Zas. ibid. in pr.* ad forum accommodare id ita velit; ut qui probe de possessione dicatur satis probasse de iure suo v. g. Si princeps resciberet iudici delegato ut cognosceret de iure quod præterdit Titius in aliquà re: an Titius duntaxat probans de possessione non de dominio rei, satisfecerit ut pro ipso feratur sententia. *Quin* enim plurimum ex iure possessio mutuetur nemo dubitabit propter *l. possessio 49. l. peregre 44. h. t. l. non ideo C. de lib. caus. l. nemo 10. in fin. C. h. t. Don. d. 5. com. 6. Vult. d. c. 67. n. 31. Cuiac. in parat. C. h. t.* Pro possidente item est præsumptio *§. venunde Inst. de interd. & conjectura eum qui possidet iure possidere Mascari. concl. 1194. n. 5. vol. 3. de quo j.*

6. Incorporalis rei improprie est possessio de quo sub *Sect. 4.*

7. Affectio possidendi, eod quod omnem veram speciem realiter includit, naturam possessionis formaliter declarat *l. 1. §. fin. riosus 3. h. 1. Wes. in par. hic. Duaren. in com. ad h. 1. Vult. 1. Iurispr. 67. Gædd. inc. 1. n. 119. de sequest. poss. & fr.* Formam nimis restrictam assignant & ob id angustius definiunt qui affectionem domini ponuntur *Cont. 1. disp. 9. Don. 5. com. 6. Bronch. cent. 2. ass. 32. Treus. disp. h. 1. h. 1. lit. E.* quod recte animadvertit *Hotom 9. obs. 1.* Latius qui utrumque omittunt ut *Br. Ias. & qui sequuntur in l. 1. h. 1. quoquo modo defendat Borch. d. tr. c. 1. in fin.* Quod & de definitione *Petri Frid. Mind.* convenit dici possessionem simpliciter rei de mentionem definientis.

Sectio II. De Divisione.

Concl. 1. Trium principaliter divisionum de genere possessionis in jure mentio fit: Unius quæ alia civilis, alia naturalis possessio dicitur *l. 1. §. de iur. de vi & vi arm. l. 2. §. quod vulg. 1. pro hered. l. 3. §. fin. Ad exhib. l. stipulatio ista 38. §. 7. de V. O. l. nemo 10. C. de acq. poss. & passim.*

2. In disquisitionem autem inde à primis juris Interpp. ad modernos usque tractum est: Sintne illæ species revera inter se discrepantes, ita ut in eodem pro suâ distante naturâ residere nequeant: an unius possessionis duæ qualitates vel duo respectus seu habitudines, ut loquitur *Zaf. in l. 1. pr. in l. 3. §. 5. h. 1.* quæ modo in aliquem pervices cadant, modo concurrant? Hanc posteriorem partem affirmatam pro veteri plerique post *Azon. & antiquum glossatorem Placent.* venditarunt *Alciat. in l. 1. in pr. h. 1. & l. 115. de V. S. Zaf. d. loc.* qui maiorem in jure errorem non commissum, quam diversas has species tradere, exclamat, *Mys. Inst. §. 5. de interd. Covar. in c. possessor. 2. p. rel. imit. n. 4. Wes. in parat. hic. num. 3. Cont. 1. disp. 9. Vasq. 2. illustr. contr. c. 57. n. 1. & 21. & alii ad quos novissime inclinat *Pet. Frid. Mind. tr. de caus. & mat. poss. c. 5. nu. 17. & passim.* Sed præterquam quod manifestè impingant in *d. l. 1. §. de iur. de vi & vi arm. d. l. 2. §. quod vulgo. 1. pro hered. l. 3. §. fin. ad exhib. & similes, nihil pro se solidi adferunt.* Unde tanquam juri conformior in primis tenenda erit sententia separatas illas species statuentium per *dd. ll. Post Iob. glossat. Accursi, Br. Ias. in d. l. 1. quin, 70. eam communiter dicit approbatam, Cuiac. in parat. C.**

ib. & § 9. obs. 33. Donel. §. com. 7. Vult. i. jurispr. 67. Borch. d. ir. c. 2. n. 4. Fachin. 7. contr. 5. & aliorum. Addita his duabus species aliquando fuit tertia corporalis à Br. in d. l. 1. quem secutus videtur Cuiac. sibi met. contrarius in not. Inst. per quas. pers. not. acq. Id vero communiter reprobatur fuisse rectè scribit Ias. d. l. 1. n. 68. Non enim quid separati à reliquis sub eodem genere habet, cum vel naturali in specie dictæ respondeat l. 40. §. fin. de pig. act. vel detentioni simpliciter. quod servus 24. & l. seq. h. t. Atque hinc Bartolo sua iterum displicuit sententia in l. fin. C. de fund. patrim. referente Oledendorpio cl. 2. in pr.

3. Non minus dissidium, quam fuerat de speciebus constituendis, subortum est inter illos, qui species illas communiori calculo approbarunt, dum quisque ferè pro suo captu illam diversitatem definiendo illustrare voluit. Turtius sequimur Græcos Interpretes qui in Synopsi Basilicòv lib. 50. t. 3. ita definiunt: Νομή ἐστὶ Φυσικὴ ἢ τῆ περὶ γῆς καὶ κλοχῆ. Καὶ δὲ τὸ ἐν νόμῳ νομὴ ἐστὶ φυσικὴ δεσποτικὴ καὶ κλοχῆ. Cum quibus Cuiac. in parat. C. h. t. & § 9. obs. 33. Possessio civilis est detentio quæ constat jure & animo domini. Naturalis est detentio rei citra affectionem domini. Utraque est juris & facti: Civilis, juris magis quam facti: Naturalis, facti magis quam juris l. servus 22. §. 1. de nox. act. l. quacunque 13. de Publ. in rem act. l. pen. C. de furt. l. nemo C. h. t. Cuiac. dd. locc. seq. Vult. i. jurispr. 67. Borch. d. ir. ad h. t. c. 2. n. 13. Bronch. c. vni. cent. 3. af. 82. Gœd. in rubr. de sequest. possess. & clariss. Dn. Preses disput. Instu. 3. §. thes. 1. lit. A. Eamque in definiendis illis speciebus opinionem jam ferè in Scholis invaluissè testatur Petr. Frid. Mind. d. ir. c. 4. n. 8. quàm longè & ipse dissentiat trahens ad suam novam sententiam illa Græcorum φυσικὴ δεσποτικὴ, quæ reddit animo dominantis & potestatem habentis, quem eundem fructuario & Vafallo tribuit & sic civilem possessionem, ex eo quod Græci tam strictam δεσποτικὴν, quam latini J. C. t. dominiū significationem non patiantur; quasi nec illi verba juris cum pleno effectu accipere novissent secundum l. 1. §. 1. Quod quisque jur. Alio sed minus vero illi intellectu has species finiunt alii inter quos aliter Br. in d. l. 1. nu. 8. h. t. & asseclæ. Aliter Donell. 6. com. 7. cum sequacibus. Aliter Duaren. in com. ad h. t. Aliter Hotom. 9. observ. c. 1. Aliter Charand. 1. veris. 6. Aliter Turam. de ver. subst. pos. c. 8. num. 5. Aliter alii.

4. Non

4. Non abs re erit naturalis possessionis quædam inducere exempla: Civilis per se faciliè constant. Naturaliter possidet creditor pignus quod ei à debitore traditum est *l. cum & sortis 35. in fin. l. debitor 40. de pign. act. l. servi 16. de usucap. l. quecumque §. 1. de Publ. in rem. l. 22. §. 1. de nox. act. l. 3. in fin. ad exhib. jure pignoris l. 30. de nox. act.* Unde & interdictum possessorium ipsi accommodatur *l. pen. §. 8. uti possid. Cuiac. 18. obs. 24. & 9. obser. 33. las. in d. l. 1. §. per servum n. 5. Menoch. 3. rem. ret. possess. q. 25. Bronch. èvasi. cent. 3. ass. 89.* Quæ igitur ratio *Donello 5. comm. 6.* causam præbuerit ut creditorem iudis detentatoribus aggregaret non video. Si *l. 15. §. creditor. Qui satisd. cog.* quam allegat: de effectu quodam possessionis magis quam ipsa possessione ibi loqui *JCrum* quis ambiget? Vid. *Vult. i. jurispr. c. 67. n. 24. Borch. d. tr. c. 6. nu. 31.* Plus negotii nobis ferret *l. cum notissimi 7. §. 2. C. de præf. 30.* Quod nimis generali sua responsione non expedit *Petr. Frider. Mind. d. tr. c. 3. n. 18.* Videbo nunquid ita: apud debitorem constitutam ibi dici possessionem ratione facultatis, quâ, quocumque tempore obtulerit debitum, eam recipere potest juxta *l. 3. §. 13. b. t.* (quod in digitare voluisse reor. *Bronch. d. ass. 89.*) in favorem creditoris anterioris, ne citius adversus ipsum præscriptio currat. Eâdem *l. 7. vers. ex quo.* motus *Cuiac. 18. obser. 24.* scribit creditorem pignus non sibi suoque nomine possidere. Quod omnino improhio cum *Azum. in t. C. de Acq. poss. Vult. d. loc. Petro Frider. c. 2. nu. 6. & aliis.* Ad unicam enim causam usucapionis saltem debitor possidere intelligitur *l. 1. §. 15. b. t. l. servi 16. de usuc.* eaque ipsa possessio ficta tantum est & inumbrata *Zaf. in d. §. 15. num. 9.* Ad reliquas omnes causas creditor sibi *d. l. 16.* ratione juris quod in eo habet.

5. Sequester quoque naturaliter possidet cui partes possessione cesserunt, deficit quippe affectio domini *Cuiac. 9. obs. 33.* Eum autem tum demum possidere, si ea mente fiat sequestratio, ut possessio, de quâ existit controversia dimittatur, de jure verius existimo per *l. interesse 39. hoc tit. & vulgat.* quod in dubio nemo suum jactare præsumatur *l. si de eo 40. §. 1. b. t. l. cum indebito 25. in fin. de probat. Donell. 5. comm. 13. Coraf. 3. miscell. 2. n. 14. Duar. 3. de benef. Eccles. c. 10. Bronch. èvasi. cent. 3. ass. 86. Gæd. in c. 1. de seq. poss. n. 15. & n. 129. Petr. Frid. Mind.*

d. tr.

d. r. c. 2. n. 8 quos seq. *Dn. Arumans Exerc. Inst. 19. th. 13.* Cui sententia cum graviter advesetur *l. licet 17. §. 1. de pos.* hi ipsi varie solvunt. Aliter *Coras. d. loc* quem seq. *Bronch. Aliter Donel. & Duar. dd. loc.* Aliter *Zasp. p. 2. ass. diss. num. 2.* Aliter *Gædd. d. loc.* Quorum quæ solutio textui magis congrua, discursus enodabit. *Diss. Dd. communiter* quos refert & sequitur *Gail. 1. obs. r. n. 10 & 1. obs. r. 48. n. 9. Costal. in d. l. licet. Wes. in parat. D. de pos. Snerw. §. 5. Inst. de inter. d. n. 170.* inter voluntariam *d. l. licet.* & necessariam *d. l. interesse* distinguentes. Inventi sunt cum *gl. in d. l. inter esse.* quidam indistinctè sequestro possessionem concedentes, quorum opinione apud *Gæd. d. c. 1. n. 121.* vide refutatam.

6. Naturaliter item possidet, qui vi aut clam possidet *l. naturaliter §. de usus. l. 1. §. ult. uti possid. Cuiac. 9. obs. 33. 18. obs. 24. Bronch. d. r. c. 2. n. 12.* Sed quid in tali possessione juris, quæ plane iniusta ab ipsis Jctis inscribitur? *Donel. §. comm. 6.* nihil inesse ultro concedit. Aliud edocemur ex *l. ult. h. r.* quæ & injustus possessor possessionis jus habet adversus extraneum, eodemque nomine spoliatus restituitur *l. 2. uti possid. c. item 6. de restit. spol.* Non tamen quatenus injustus. Nam justum & injustum sunt ex genere relatorum, & qui uni injustus est, non propterea alteri. *Turam. r. de ver. subst. poss. c. 5. n. 18.*

7. In possessorum naturalium ordinem referendus & is qui precario rogavit ut sibi possidere liceret *Cuiac. Bronch. dd. locc.* quo nomine remediis possessoris gaudet *l. 1. §. ult. uti possid. l. qui precario 17. de precar.* Secus si rogavit saltem ut sibi in fundo morari liceret *l. certe. 6. §. 2. de prec. Cuiac. d. loc. Bronch. d. cent. 3. ass. 98.*

8. Annúmeratur his legitime maritus vel uxor, quæ à conjugè contra leges donatū quid accepit: Id enim non jure domini, quum sciat aut ignorare non debeat, inutilem illam donationem esse, sed naturaliter, volente domino qui ei possessione cessit, possidet *l. 1. §. si vir h. r. & quidem ob id interdictorum opere subnixa l. 1. §. de iur. de vi & vi arm. Cuiac. 18. obs. 24. Bronch. d. r. c. 2. n. 12. Diss. Gibban. l. 1. h. r. n. 21.* cuius rationes vide encyratas apud *Dn. Oswald. Hiltger. in Don. En. §. com. 6. lit. G.*

9. Similiter Filius qui rem à patre sibi donatam detinet naturaliter possidet *l. 2. §. fin. pro hered. & ibi Cuiac. jung. l. 1. §. 1. pro donat. De fructuarii, Vallali, Emphyteutæ possessione j. Sect. 4.*

10. Altera divisio est quæ alia iusta dicitur. Alia injusta *l. 3. §. 5.*

§. 5. h. t. l. 2. in fin. & l. 3. in pr. uti possid. Quam cum præcedenti eandem esse contendunt *Don. 5. com. 6. Treur. disp. b. r. t. b. 1. lit. f.* ut iusta sit quando quis civiliter possidet, iniusta si naturaliter. Quod recte frivolum iudicat *Petr. Frid. Mind. d. tr. c. 5. n. 4.* Possidet enim & iustè qui naturaliter. Documento sit creditor, quem naturaliter possidere monstratum est, is iuste possidere apertè dicitur. *l. 22. §. 1. de noxal. act. l. quacunque. §. 1. de Public. in rem. act.* Item is qui precario rem accepit iustè possidet *d. l. 22. d. l. quacunque. l. 7. §. inter 4. comm. divid.* Idem eodem iure de sequestro dicamus, qui voluntate partium, quæ se pro dominis vel possessoribus veris gerunt, cessam sibi habet possessionem *l. licet §. 1. de pos. l. interesse 39. h. r.* Idem affirmat *Borch. d. tr. c. 2. 1. pos. divis. n. 2.* de uxore, quod tunc à marito donatam naturaliter & quidem iuste possideat: id vero non solum desertum ullo juris textu ponit, sed etiam contra omnia iure posuisse videtur. *l. 16. h. t. l. nec ullam 13. §. 1. de pet. hered. quibus & similibus nixi Cuiac. in l. 1. pro donat. Don. 5. com. 6. Ant. Fab. 4. com. 17. Vult. 1. discept. 2.* & alii contrarium statuerunt; Subtili tamen non minus quam vera juris ratione illud defendi posse: In dubio, si error juris ex facto emergat, uxorem iustè & bona fide rem donatam possidere præsumi, existimari cum *Gæddo in l. 109. nu. 4. de V. S. per l. sed etsi 25. §. scire 6. de pet. hered. l. igitur 12. §. potest 2. de lib. caus.* Iustam itaque rectius dicimus, quæ ex iusta aliqua causâ sive civilis sive naturalis: Iniustam quæ ex causa iniustâ habetur. *Borch. d. c. 2. Petr. Frid. Mind. d. tr. c. 6. n. 5.*

11. Tertia divisio est, quæ bonæ fidei & malæ fidei possessionem distingvit *l. 3. §. pen. h. r.* Bonæ fidei possessor est, qui illæ facti rei alienæ quam possidet habet conscientiam *l. 109. de V. S. l. 27. de contr. empr. l. 3. ad l. Fab. de plag. l. 12. l. 32. §. 1. de usuc. c. si virgo 34. q. 2.* Contrà Mala fides nihil aliud est, quam læsa rei alienæ conscientia *l. 7. §. qui sciens pro empr. l. 20. §. 11. de pet. hered. l. 2. C. eod. d. l. 12. & d. l. 32. Suedw. Inst. de usuc. in pr. n. 14. Myns. in d. pr. n. 13. Vult. 1. discept. c. ult. Gædd. in d. l. 109. Giph. in l. 136. de R. I. n. 2.* Proficitur autem mala fides à dolo, fraude, simulatione, nec sine ea mala fides est, & quicquid dolo, fraude, simulatione caret id tandem bona fides est *Brech. in d. l. 109. Didac. Covar. ad c. possessor. §. 6. de R. Iur. in 6. Gædd. in d. l. 109. n. 2.* Scientia itaque rei alienæ continuò non est mala fides *Cuiac. 18. obs. 25.* sed ea demum, quæ læsa est, unde tolerari non potest talis definitio *Balbi tr. de præsc. 2. p. 3. p. pr. q. 1. neque*

ferri quod *Petr. Frid. d. tr. c. 6. n. 17.* inter alias causas malæ fidei simplici rei alienæ scientiam ponit. Hæc illa ipsa est divisio cum præcedente tantum nominibus nudis dissona d. c. si virgo 34. q. 2. l. 7. §. 9. C. h. t. *Wes. in parat. h. t. n. 3. Don. s. com. 6. Borch. tr. ad h. t. c. 2. in 2. divis. Petr. Frid. d. tr. c. 6. n. 5. & 25.* In hoc Donello suo plenum assensum denegat *Dn. Hellig. in not. ad d. c. 6. lit. b. e.* d. quod mulier rem donatam possit bona fide possidere l. 45. de usur. & tamen injustè l. 26. de donat. inter vir. & ux. tum etiam quia bonâ fide possidere ad factum pertineat l. 48. §. 1. de A. R. D. & ab animo depêdeat, neque in juris autoritate positum sit. Verum quod primam rationem attinet probabilius à Donello dissentit, qui indifferenter tradidit mulierem iniustè possidere, quod idem tamen probari d. l. 26. nequaquam concedo per ea quæ s. concl. 10. Altera, quam speciosa etiam sit, corrueat bene perpensio quod dicitur in l. 3. §. 5. h. t. l. 2. *uni poss.* In summâ possessionis h. e. in ipso facto nihil referre iuste quis an iniustè possideat i. e. qualiter qualiter animus ille possidendi imbutus sit, ut ita simpliciter illa verba ad juris autoritatem referri nequeant; Id enim si procederet; Quid prohiberet dicere: multum ratione juris referre, iustè quis an iniustè possideat cum non videatur possessionem adeptus is, qui ita nactus est, ut retinere nequeat. l. non videtur 22. h. t.

12. An vero inter bonam & malam fidem species quamvis contrarias, medium aliquod cadat, scilicet dubitatio, controversum est. Bona fides & non bona fides tanquam immediatè contraria sibi opponuntur l. 3. §. pen. h. t. Consequens inde deducunt Bonam & malam fidem non ita à p̄teritis pugnare *Ias. in d. l. 3. §. pen. n. 16. Zas. ibid. n. 9. Covar. ad c. possessor. §. 7. nu. 2. de R. l. in 6. Balb. tr. p̄f. c. 2. p. 3. p. q. 2. Alciat. in l. 109. de V. S. Diff. post Dynum ad d. c. possessor & Former. in d. l. 109. Gæddens in d. l. 109. n. 3.*

Sectio III. De acquirenda possessione.

Concl. 1. Acquiritur possessio animo & corpore conjunctim, neque per se corpore neque per se animo l. 3. in pr. l. 8. l. qui univ. vers. 30 §. 1. l. qui iure 41. h. t. l. ferè 153. de R. l. tam civilis quam naturalis. Ultraque enim & animo & corpore constat *Cuiac. in parat. h. t. Don. s. com. 8. Borch. tr. ad h. t. c. 2. divis. 3. Vult. 1. Iurispr. 67. Trent. disp. hic. th. 2. lit. G.*

2. Animo

2. Animo regulariter nostro. Non enim acquiritur possessio nisi volentibus *Lea qua* §. 3. *de A.R.D.* atque ut velimus non in aliis sed nobis ipſis est. Hinc infallibili consequentiâ concludimus: Furiosum qui naturâ velle non potest, non posse incipere possidere, licet maximè corpore suo rem contingat, dormienti similis *l. 1. §. furiosus* 3. *h. t.* ne quidem curatore autore *d. l. 1. §. 3. in negotiis* 5. *de R. I.* Autoritas enim præstatur facienti, furiosus autè nihil facere potest *d. l. 5.* & inde solus saltè curator ipſius nomine acquirit, in eiusque personâ non furiosi res fundatur *l. as. in d. l. 1. §. 3. n. 16.* *Zaf. ibid. n. 5.* *Don. s. com. 11. Sneider. §. 5. Inst. de interd. n. 135.* *Borch. tr. ad h. t. c. 3. n. 4.* *Dis. post Accurs. Alciatus in d. l. 1. §. 3. n. 8.* *Duar. Giph. ibid. Cifer. in l. 4. de usuc. n. 8.* Si tamen sanæ mentis possessionem acquisiuit per supervenientem furorem eam non amittit. Licet n. videatur desinere habere animû possidendi non tamen dici potest, habere animû non possidendi qui in amissione possessionis requiritur *l. 3. §. in amittenda b. t.* *Oldend. cl. 2. post. pr. 16. 19.* *Sneider. d. §. 5. n. 135.* *Pet. Frid. d. tr. c. 11. n. 73. p. l. 27. h. t.* Quid si sit in umbratè quietis ut dicitur *l. 18. §. 1. h. t.* Tum autoritate curatoris acquirere posse credit *Zaf. d. n. 5.* id vero nõ pro constanti, ut ait, ponere audeat. Afferat ego secutus *Gorbos. ad d. l. 1. §. 3.* Quid si dilucida sint intervalla seu induciæ? Nihil habere dubitationis reor, quin pro se possessionem acquirat: Si n. animi & voluntatis actû tam solennè & egregiû in testamèto ordinando expedire potest *l. 9. C. qui test. fac. pos.* qua juris ratione impediretur in adipiscendâ possessione?

3. De pupillo dubitatum fuisse ex *d. l. 1. §. 3.* apparet. Nunc certi juris est, eum sine tutoris autoritate, si eius ætatis sit ut intellectû capiat possidere posse *d. §. 3.* (intellectû capit infantia & pubertati proximus §. *pupillus Inst. de inut. stip.* Unde de eo hic sermo est, qui infantia excessit maior septem annis *l. si infanti C. de jur. detib.*) *Don. s. com. 11. Borch. d. tr. c. 3. n. 5. † Duar. in d. l. 1. §. 3.* existimat: Pupillû ita possidere non civiliter sed naturaliter possessione facti non juris: Quod ipsi minimè concesserim cum propter *d. §. 3.* ubi pupillo tali tribuitur intellectus possidendi, & utique eadem ratione possidendi animo domini, tum quia usucapere possit *l. 4. §. 2. de usuc.* Quod solius civilis est possessionis *l. 2. in fin. pro hered. reiecto* quod *Duareno* placuit, hoc specialiter receptum esse.

4. Infans, siquidè in his que animo & affectu geruntur, non multû distat à furioso §. *pupill. Inst. de inut. stip. l. in negotiis* 5. *de R. I.* tutore demû autore rectè incipit possidere contra furiosus *d. l. 1. §. 3.*

Lquamvis 32. §. *fin. h. t.* idque utilitatis causâ receptum est, cum alioquin nullus sit sensus infantis teste ipso *Paulo I Cro in d. l. 32. &* quum mente sit integra, iudicium suppletur autoritate tutoris *d. l. 32. §. fin. Don. 5. com. 11. Borch. tr. ad h. t. c. 3. n. 6. Trentl. & ibi alleg. in rh. 3. lit. a. eoq;* casu animo quasi nostro possessionem acquiri scitè vocat *Cuiac. in parat. C. h. t. Vult. 1. juris p. 76. n. 36.* Differentiâ rationem inter furiosum & infantem assignat perelegantem *Cuiac. in l. 4. de usuc. Jura magis favere infanti qui mente non caret sed ætatis vigore; quam furioso cui mens penitus adempta est; eadem ratione qua spadones castratis præferuntur. Atque ita olim gl. Raph. Cum. Cyn. & alii in d. l. 1. §. 3. tenuerunt, referente Iason. in d. §. 3. n. 17. Diss. ipse fascium communi Sneyd. d. §. 5. n. 136. distinguentes inter infantem duorum vel trium & infantem quinque vel sex annorum. Aliter à nostrâ & communi diss. Zaf. in d. l. 1. §. 3. n. 6. novâ infantiaâ dinumerans genera, septennes ab ulla acquisitione possessionis excludens. Verum hæc *Dd.* nuda tradita esse vel unica lex *d. l. quamvis* 32. §. *fin.* evincit. Huic conclusioni graviter adversatur *l. donatarum* 3. *C. h. t.* quæ velle videtur, rei traditam possessionem pupillo ipsius corpore absque autoritate tutoris acquiri, in quo nodo dissolvendo mire *Dd.* concertarunt. Sex responhiones diversorum diversas refert *Fach. 8. cont. 19.* quorum ultimæ quæ est *Iohannis glosatoris d. l.* tali casu quo autoritas tutoris intervenit, accipientis cum *Fach. d. loc. Cuiac. in parat. C. h. t. Don. 5. com. 11. Borch. c. 3. n. 8.* subscribo.*

5. Non alieno animo: Etsi enim servi & filii nostri cæteras res nobis acquirant etiam invito *Letiam invito* 37. *de A. R. D.* possessionem tamen non nisi volentibus: idque inde manifestum est: quod placuerit per eos nobis possessionem ignorantibus nõ nisi earum rerum, quas peculiariter possident, acquiri, aliarum possessionem tantum scientibus *d. l. 1. §. item acquirimus. l. peregre* 44. §. 1. *h. t.* Cuius differentiæ ratio non aliunde dependet, quam quod rerum peculiarium acquisitio consensum nostrum habeat, cæterarum non habeat. *Don. 5. com. 8. & 10. Cuiac. in parat. C. h. t. Diss. Borch. c. 3. n. 14. & c. 4. n. 4. Vult. d. c. 67.* volentes eo casu nos animo eorundem, non nostro possidere. Aliter *Zaf. in d. §. item acquirimus.* Patitur tamen hæc conclusio propter justam causam exceptionem in servo infantis, liberis & servis furiosi quo ad res peculiaries *l. 1. §. item 5. h. t.* Hæc de animo.

6. Acquir-

6. Acquirimus corpore, vel corporis quodam genere, eoque vel nostro vel alieno Corpore quod est actu naturali seu corporali prehensione ipsius rei possessæ semper uti commodum non est, nec licet propter rerum magnitudinem, vel distantiam. Eo igitur vel utiliter vel necessario utimur. Utiliter si hoc malimus, quam alio actu æquipollenti (de quo postea) Necessario quibusdam casibus: velut in possessione adipiscendâ rerum corporali-um à nemine possessarum, ut sunt res vacantes, vel pro derelicto habitæ vel quæ in nullius bonis unquam fuerunt, idque tam in rebus animatis licet irrationalibus ut feris. *l. 5. §. 1. de A. R. D. §. illud Inst. de R. D. l. 55 de A. R. D.* quam rebus inanimatis ut gemmis thesauro &c. *l. 1. in pr. h. t. l. 3. §. Neratius eod.* Item in possessione adipiscendâ earum rerum, quæ quidem ab alio possidentur, sed contra eius voluntatem occupandæ sunt ut in bello captis &c. *l. quod meo 18. in fin. h. t. Sneyd. d. §. 5. Inst. de interd. n. 99.* & ibi alleg. *Don. 5. com. 9. Fach. 8. contr. 19.*

7. Utiliter in aliis, quæ sunt alterius & traduntur. Ubi sciendam: Non necesse esse omnem fundi partem vel glebam obambulare, sed quamlibet ut totum possideas, animo ad terminum usque possidendi introire sufficere *l. 3. §. 1. h. t.* Atque hoc non tantum respectu partium fundi quæ erant tempore apprehensionis, sed etiam aliarum partium, quæ postea per alluvionem accreverunt *arg. l. 2. 4. §. 2. de leg. 1. Inf. in d. l. 3. §. 1. n. 3. Sneyd. d. §. 5. Inst. de interd. n. 107. Gorbos. in d. l. 3. §. 1.* Eadem ratio est in reliquis accessionibus *l. 10. de prec. &c. per e. accessorium de R. 1. in 6. Sebast. Med. de acq. poss. verb. siue possessionem n. 27.* Inde acquisitâ quasi possessione dignitatis, etiam territorii vel jurisdictionis annexa possessio acquisita censetur. Possessio enim quæ erat penes Imperatorem vel Episcopum nomine Imperii vel Ecclesiæ continuatur etiam in successorē sine aliâ corporali apprehensione *Bertach. de Epif. lib. 3. §. 1. Guid. Pap. decis. 355. & 629. Pet. Frid. Mand. c. 11. n. 48.*

8. In diversis prædiis ad unum ex causâ aliquâ pertinentibus, an & quando apprehensio unius prædii, vel rei, quæcumque ea sit, præstet apprehensionem cæterorum; res intricata est. Tribus expediemus differentibus casibus. I. Si sunt prædia vel res aliæ principaliter separatæ ad unum pertinentes: communiter tenentur, apprehensa possessione unius prædii non censi possidentiam possessionem aliorum *arg. l. 3. §. 1. l. prædia 48. in fin. l. 1. §.*

veteres 16. h. t. Ias. d. l. 3. §. 1. n. 30. Zas. ibid. n. 25. Sneider. d. §. 5. nu. 106. Myns. cent. 3. obs. 39. & ibi alleg.

9. II. Si sunt res vel prædia respicientia ad totum universale (id est, in universitate juris, ut sunt res hereditariae idem tenentur. Quamvis n. respiciant ad hereditatem quæ una est, inter se tamè sunt res plures *arg. d. §. veteres 16. h. t. prædicti Dd. & Gail. 2. obs. 129. n. 7. & obs. 62. n. 7.*

10. III. Quando vero res seu prædia continentur, sub uno toto integrali (i. e. in universitate rei) ut castrum q̄ comprehendit omnia sub se ædificia omniaq; pertinètia veluti villas, fundos circumjacentes, & quicquid in toto isto territorio vel etiã extra, ad castrũ pertineat, Item ut domus cõprehendens hortũ contiguum balneum &c. tum apprehensione cuiuscunq; partis ad castrum domũ &c. pertinentis totius castri & domus possessio apprehensa censetur, *l. Gaius 86. in fin. de leg. 2. l. prædiis 91. de leg. 3. l. Scia 20. §. 7. de instr. vel instr. leg. Post alios Ias. d. l. 3. §. 1. n. 33. Zas. ibid. num. 28. Myns. Gail. ad. locc. Sneider. d. §. 5. n. 102. & 107. Borch. tr. ad h. t. c. 3. n. 13. & tr. feud. c. 7. n. 11. Petr. Frid. Mind. d. tr. de mar. poss. c. 9. nu. 16. Limitat hoc Zas. eo dissentientes concilians. Ampliat Iason. quod omne persequi nostri instituti non est. Annektunt & casum IV. in qua possessione jurisdictionis de eo j. sub Sect. 4. concl. 4.*

11. Sequitur: Quomodo corporis quodam genere uti appellat *Cuiac. in par. C. h. t. ex l. 5. h. t. in fin. rectè arg. l. 44. de A. R. D.* seu actu apprehensionis istius corporalis loco juri cognito, uti vocat *Trentl. disp. hic. th. 2. lit. h.* (Traditionem fictam cum *Bald. in l. traditionibus C. de pact. nominat Sneider. de §. 5. n. 99. Petr. Frid. Mind. d. tr. c. 9. n. 23. Hor. illust. quæst. 12.* Item actũ civilẽ. Idem *Sneider. d. §. 5. n. 101.* Fictum modũ *Covar. variar. res. lib. 3. c. 5.* actum adscititiũ *Don. 5. com. 9.* Qui omnes tolerari possunt. Elabitur *Zas. in l. 3. l. 1. h. t. n. 6.* qui iis casibus ubi actus ille adscititius adhibetur, nos solo animo citra actum corporeum acquirere ait, quod rectè reprehendit *Giph. ibid. n. 12.* In plerisque n. omnibus adest actus corporis, si non naturalis, saltem æquivalens. Id vero modis variis: quos cum *Donello* sub duplici ordine referam, uno qui naturali actui propior, altero qui remotior. Sub illo I. fit qui fit oculis & aspectu. Eo acquirimus possessionẽ, si possessor prior in re præsentis, quã demõstrat, nobis se eam rem tradere dicat nos hos animo vel affectu simus, ut velimus possidere *l. 1. §. 5. jussurim 21. l. 18. §. 2. h. t.*

h. l. pecuniam 79. de solut. Duo hic requiruntur: *Primum* ut res sit in præsentia d. §. *si iusserim*. In præsentia res dicitur esse, non quæ in nostrâ est potestate quod *Accursio* & aliis visum est, sed quæ constat seu subicitur oculis nostris d. §. *si iusserim*. *Cuiac. 4. obs. 3. Don. 5. com. 9. Borch c. 1. n. 2. 2.* Deinde ut partium intercedat consensus d. §. *si iusserim las. Zas. Et. Dd. in d. §. si iusserim Sneyd. d. §. 5. Inst. de inter d. n. 116.* Quem adeo desiderant Dd. ut citra veram & præsentem partis possessionem transferentis voluntatem non transferri dicant, etiamsi intercedat iudicis sententia & executoris demonstratio. Nec n. sufficere ut executor ducat in conspectum rei cum tamen alias factum iudicis committentis representet factum ipsius partis l. *si ob causam C. de Evict.* sed requiri, ut executor verè in possessionem ducat, inque fundo deambulare faciat, vel frondes decerpere, columnas vel quid aliud apprehendere. Ratio: Consensus talis fictus est, ficta item per solum aspectum traditio. *Dux a. fictiones eadem in re concurrere nequeunt Br. in l. 1. pr. n. 23. h. t. Mariol. ad l. quoties n. 72. C. de R. V. Oldendorp. clas. 2. post pr. thes. 9. Petr. Frid. Mind. c. 11. n. 23.*

12. II. Qui sit clavium traditione apud eum locum quo res inclusa tenentur: Eo n. & ipsæ res continuo traditæ intelliguntur d. l. 1. §. *si iusserim in fin. h. t. l. 9. §. 6. de A. R. D. l. clavibus 74. de contr. empt.* Omnino apud eum locum: Non n. ante certum est in potestate nostrâ esse promere res eas, cum voluerimus, quâ præsentia loci declaraverit, nihil esse impedimèto, quo minus statim id facere possimus *Don. 5. com. 9. Cuiac. 4. obs. 3. ex communi Dd. consensu Petr. Frid. Mind. d. tr. c. 11. n. 26. † Alexandro in d. l. clavibus 74. sufficere visum est tradi claves in loco propinquo, quem merito reprehendit las. l. 1. n. 91. h. t. Zas. in l. 3. n. 8.*

13. Quæstio huc pertinet: An & quando per abusivam investituram ut per traditionem mitra seu birreti, annuli, ensis, &c. transferatur possessio rei feudalis in Vasallum? Communiter traditur per abusivam investituram neque possessionem neque dominium rei transferri, sed tantum licentiam intelligi concessam apprehendendi propriâ autoritate possessionem c. 1. de nov. for. sid. in fin. Et ubi Feudista. Sneyd. d. §. 6. num. 122. Curt. Iun. p. 1. rubr. de laicis q. 4. num. 15. f. mibi 176. Schrad. tr. feud. p. 5. c. 2. num. 6. Wesenb. tr. feud. c. 8. num. 18. Hariman. Pistor. lib. 2. p. 2. quæst. 29. Jacob. Scult. in addit. ad Pist. d. quæst. 29. Id tamen ita rectè limitatur:

limitatur: si in præsentia rei feudalis illa investitura abusiva fiat, transferri possessionem, aliàs secus arg. d. l. clavibus de contr. empt. Sneider d. loc. Gaul. 2. obs. 152. nu. 17. Borch. tr. feud. c. 7 n. 7. Petr. Frid. tr. de materia poss. c. 11 n. 28. Diss. aliter distinguens Zasius in d. l. 3. in pr. n. 9. h. t. voluntate domini rem metiens, quod justè improbat. *post Alexand.*

14. III. Qui fit appositione custodis l. quarundam § 2. h. t. In qua l. tamen eiusmodi casum, quod ligna fuerint in domo vel nemore extra conspectum domini posita; alias quippe per solum aspectum acquisita esset possessio, acceptant rectè *post Alexand.* Zasius in d. l. 3. Sneider d. §. 5. n. 119.

15. IV. Qui fit depositione domi, si quem iussero, quod mihi traditum volebat domi meæ deponere & deposuerit l. quod meo 18. §. 2. h. t. Sub custodia enim meâ esse cæpit, postquam domi depositum est, non aliter quam res ceteræ quæ domi meæ habentur. Annumerant his quidam illum modum qui fit per rei signationem per l. quod si neque 14. §. 1. de per. & com. res vend. Hotom. illustr. quest. 12. Gothofr. ad d. §. 1. Zasius l. 3. pr. h. t. n. 10. Verum cum illa signatio præter rei præsentis aspectum & naturalem attactum perfici nequeat, horum alterutri magis quam signationi effectum illum tradita possessionis tribuo, eoque motum arbitror acutissimum Donellum, quod accuratam adscitiorum illorum actum enumerationem instituens hanc omiserit. Novè alium modum attexit Petrus Frid. Mind. d. tr. de materia poss. c. 11 n. 37. ex l. 3. §. Neratius 3. & l. peregrè 44. h. t. Quod acquirens possessionem fundi acquirat simul possessionem rerum sub terrâ defossarum, & absconditarum, ut thesauri &c. Si modo sciat, & titulum sive causam sibi possidendi habeat. Quæ tamen sententia illa ipsa Proculus mihi videtur à qua recedit Sabinus d. §. Neratius. Id vero si adhuc dubium, ad regulam generalem potius recurrendum usque dum casus fictus ostendatur.

16. Sub altero actu ab actu naturali remotiori modus ille est, qui fit instrumenti traditione, cum pro re quam nobis quamvis volumus instrumenta emptionis vel donationis nobis à possessore traduntur eo animo ut pro rei traditione cedant l. i. C. de donat. Ratio est: Quod videri possit contineri instrumentis res ipsa, cuius emptio & velut auctoritas instrumentis continetur arg. l. 2. C. quæ res pign. oblig. Atque licet de instrumentis donationis causa traditis d. l. tantum loquatur, tamen multò magis in aliis

causis

causis onerosis ex quibus rem transferri volumus idem probandum est. Plus enimtribuendum ei cui abest aliquid ut accipiat, quam ei cui nihil abest: Plus ei qui de damno sollicitus est, quam qui de lucro arg. l. 41. §. 1. de R. I. Donell. 5. com. 9. Sebast. Medic. tr. de acq. poss. in verb. sive possessionem n. 15. Zas. in d. l. 3. n. 12. Sneider. d. §. 5. n. 117. Non vero opus est quod tradatur instrumentum in præsentia rei vel fundi Zas. Sneider. dd. locc. Giph. in d. l. 1. C. de donat. n. 8. contra gl. Bald. & alios in d. l. 1. C. de donat. Longè aliud est, si quis instrumenta super traditione faciat, tunc n. in instrumentum seu literarum de tradita possessione declaratio, sine corporali aliquo actu possessorem quem non facit l. prædia 48. & ibi Dd. h. t. Wes. in parat. n. 7. h. t. nisi fiat tale instrumentum in fundo domove vendita donatave ubi translationem operetur rei præsentia Bald. in d. l. prædia. Aret. in §. traditionem Inst. de R. D. Oldendorp. clas. 2. post pr. th. 6. Petr. Frid. d. tr. c. 11. n. 34.

17. Superest quomodo corpore alieno. Perinde n. est, siquidem corporis ministerio & operâ opus est, nostro corpore ad ea gerenda utamur, an alieno, quod æquè illud ministerium adipiscendæ possessionis præbere potest l. 18. in pr. h. t. Alieno corpore acquiritur nobis possessio aut per eos, quorum jam ante possessio fuit, vel alios, quorum prius ea possessio non fuit. Per illos constituto expresso: si quis constituat nobis volentib. se nostro nomine possidere l. q. meo 18. in pr. l. quadam mulier 77. de R. V. & ibi Dd. Zas. in d. l. 18. n. 11. Traq. late de jure const. poss. Don. 5. com. 10. Giken. de præscr. par. 2. memb. 2. c. 7. n. 62. Ant. Fab. de erro. pragm. p. 1. dec. 4. err. 8. & passim. Sneider. d. §. 5. n. 112. Sebast. Medic. tr. de amit. poss. n. 168. & alii Diss. Giph. ad l. 10. de donat. n. 10. & seq. hoc constitutum glossographorum figmentum appellans; cuius fundamenta doctè annihilantur à Dn. Osvald. Hillig. in Don. En. 5. com. 10. in not. lit. a.

18. Vel tacito, rebus ipsis & factis hanc voluntatem indicantibus, ut conductione rei tradendæ constituta cum eo cui rem tradere velimus d. l. quadam 77. de R. V. l. 37. h. t. usus fructus in eâ re retentione l. quisquis C. de donat. & c. prædicti Dd. & alii communiter.

19. Per alios quorum prius possessio non fuit acquiritur nobis vel tales, qui jure aliquo nobis subiecti sunt vel qui nullo. Per illos ut per servum & filium in potestate nostrâ constitutum l. si item acquirimus 5. h. t. §. 4. verf. non solum Instit. per quas pers.

C

nob.

nob. acq. Per servum ratione possessionis d. l. 1. §. per eum c. Per filium ratione patriæ potestatis §. 1. Inst. per qu. pers. nob. Et quidem earum rerum quas filius vel servus peculiariter tenent etiã ignorantes possessionem acquirimus d. l. 1. §. item. l. 4. h. t. l. nunquam 31. §. 3. de usuc. l. peregrè 44. §. 1. h. t. An verò & rerum non peculiari-um ignorantibus, valdè controvertitur: Nego; Sed tantum scientes per d. §. item d. l. 44. §. 1. h. 3. §. 12. Inst. in d. §. item acquirimus n. 39. Zas. ibid. n. 12. Donell. 5. com. 8. Duaren. in d. §. item. Gph. ibid. num. 30. Diff. post gl. & Br. Dd. communiter, in d. §. item. Cuiac. 24. obs. 9. qui tamen ipse sibi contrarius in l. 62. de V. O. Per servum item alienum & liberos homines bona fide possessos, secus si malà d. l. 1. §. 6. h. t. ex re scilicet nostrã & operis ipsorum §. 4. Inst. per quas pers. nob. acq. Per servum communem d. l. 1. §. per communem & l. communis 45. de A. R. D. Per servum fructuarium ex re nostrã & operã ipsius d. l. 1. §. 8. l. possessio 49. h. t. §. de his §. non solum Inst. per quas pers. Per ancillam d. l. 1. §. 12. Per servum fugitivum, quamdiu ab alio non occupatur d. l. 1. §. 14. l. 13. in fin. pr. h. t. l. 17. §. fin. de furt. l. 15. de Public. in rem. Non per servum pignoratitium, per quem neq; debitor neque creditor possessionem acquirat d. l. 1. §. 15. neq; per servum hereditarium possessio eius nobis acquiratur, quod eisdem hereditatis est d. l. 1. §. veteres. h. t. Quem §. omnino accipio de servo hereditario post aditam hereditatem cum Francos. Aret. Zas. in d. §. veteres. Borch. c. 3. per l. 38. in f. h. t. contra lecturam communem quã d. §. de servo hereditario ante aditam hereditatem accipiunt Br. Ias. & Dd. quos seq. Goibosi. in d. §. veteres.

20. Deniq; per eos, qui nobis nullo jure subiecti sunt acquirimus possessionem ut per procuratorẽ, tutorem, curatorẽ, l. 1. §. 20. h. t. §. ex his 5. Inst. per q. pers. l. 1. C. per quas pers. etiam ignorantes l. 1. C. h. t. d. §. ex his 5. idq; utilitatis causa ita receptum est d. l. 1. §. 8. C. eod. Paul. 5. recept. sent. 2. Hic triũ habeda venit consideratio. I. Nudum tantũ nobis ministetiu nudamq; operam per eiusmodi personas præstari l. 18. in f. pr. h. t. Fac. l. 15. de const. pec. ideoq; hunc actũ radicari in personã domini. Unde hæc extruuntur: Hoc casu dominum verè & propriè possidere non perfectionẽ l. 6. §. 1. de prec. Inst. in d. §. 20. n. 3. Zas. ibid. Sneyd. §. 5. Inst. de interd. n. 146. & ibi alleg. Hoc casu ipso momento nobis acquiri possessionẽ & quidem sine cessione Zas. in d. §. 20. Duaren. ibid. Trentl. disp. h. t. rh. 3. lit. e. II. Necessè esse ut procurator habeat mandatum, quod sufficit

gene-

generale esse, præsertim cum hic agatur de commodo domini
arg. d. l. 1. §. item. 5. & d. §. 20. Dd. in d. §. 20. communiter teste Zaf.
ibid. n. 6. Suedw. d. §. n. 145. Don. §. com. 8. Quid de tutore vel cur-
tatore qui ignorantibus nec quicquam mandantibus acquirunt
l. 3. C. h. t. ? Singularis ibi causa est, inquit Don. §. com. 8. quia pro-
munere publico, quod sustinent in rerum administratione pro
dominis habentur l. 27. de adm. tut. Vel ut ad regulâ melius qua-
dret, dixerim cum aliis potius: Illos mandatû cum libera intelligi
habere vel à lege, vel à testatore per l. 56. §. 4. de furt. junct. l. 58. de
prec. l. preses 12. C. de transact. III. Requiritur ut tales legitimi admini-
stratores procuratorio nomine h. e. animo nobis acquirendi mi-
nisteriû suum accommodent d. l. 1. §. 20. Quid si tradens hunc a-
nimû habuit ut res domino acquirereetur: Procurator v. sibi volu-
it acquirere? Vulgo traditû est, attendi animû tradentis non ma-
litiam procuratoris. Verius alii: eo casu dominû domiño acquiri
per l. qui mihi donatum 13. de donat. possessione procuratori per d.
l. 1. §. 19. & 20. Raph. Cuni. las. Zaf. in d. l. 1. §. 20. Suedw. d. §. 5. n. 148.
Duar. in d. l. 1. §. 20. Aliorsum deflexit Don. per l. per servum 37. §. ul.
de A. R. D. nihil agi ut procuratori possessio eo casu acquiratur: Ego
d. l. 37. malim de dominio loquentem exaudire, ut q. hic infinitè
dicitur verbo nihil agitur determinatione capiat ex d. l. 13. de don.
ibi nihil agi in sua persona arg. §. finitur & quæ ibi Cuiac. Inst. de ususf.
21. Per liberas personas ut Syndicos aliosq; administratores
item per servos tantû acquirunt municipes, universitas, seu col-
legium non per se, quia uni seu universi consentire nequeunt l. 7.
in fin. & l. 2. h. t. l. un. de libert. univers. las. Zaf. in d. l. 1. §. municipes. fin.
Borch. tr. de poss. c. 4. n. 31. Myns. 4. cent. obs. 78. Diff. Br. & Dd. in d. §.
fin. Sebast. Med. tr. de acq. poss. verb. sive possessionem n. 221. Quos, ne-
jurium correctio facile præsertim in continenti contra l. precipi-
mus in f. C. de appell. inducatur, relinquitur? Aliter novè Petr. Frid.
Mind. mordicus Florentinæ lectioni in verbo uni in d. l. 1. §. fin. in-
hærens: non consentire municipes ut unos atque sic nec posside-
re, consentire, ut universos & sic possidere & per se & per alios.
Quod quidem acutè dictum accipio eò, ut in aliis universorum
consensum, ubi plurium animis opus est, facile concedam per ea
quæ Gail. de p. p. lib. 2. c. 9. Myns. 4. cent. obs. 79. Harl. Pfs. i. Quæst. jur.
37. Hic vero in nostrâ possessionum materiâ, ubi ex unius solo a-
nimo res definienda est l. 3. §. ex contrario h. t. nequiquam.

22. Hisce præcognitis controversarum quæstionum (præter jam insertas) sub hac parte ingruentium facilior erit decisio uti illius: An aditione hereditatis ipso jure acquiratur possessio hereditatem suo? Negativa verior est *l. cum heredes 23. l. qui universas 30. §. 8. h. t. l. 1. §. Scævola. Si is qui testam. lib. Dd. in l. 11. de lib. & posth. & l. 30. Ex quib. caus. mar. Wes. in par. Quorum bon. Borch. tr. ad h. t. c. 8. n. 26. Goedd. ad 24. n. 18. de V. S. Gail. 2. obser. 129. & 152. Myns. cent. 3. obs. 38. Zas. in l. 23. n. 11. Wurmbf. 1. pr. obs. t. 26. obs. 5. Cuiac. in d. l. 11. Sneydw. in §. sui Inst. de her. qual. Laur. Kirch. in com. op. Diss. posth. Accurs. in d. l. 11. & d. l. 30. Corasius lib. 6. misc. 12.*

23. Iisdem deciditur fundamentis. Quod feudi possessio in filium ipso jure non continuetur, sed apprehensionis actum requirar. *Schrad. tr. feud. p. 7. c. 7. n. 21. W. s. tr. feud. c. 8. nu. 5. Gail. Myns. ad. loc. Borch. d. loc. & ibi alleg. Diss. posth. Bald. in l. cum antiquiorib. C. de jur. delib. Alex. in d. l. cum heredes 23. h. t. Iason. in l. quoties n. 31. C. de R. V. Bernh. Wurmbf. 1. pr. obs. t. 26. obs. 5. & alii. Quorum opinio eo transferri non incommode potest, ut procedat, si hæres sit in ædibus vel domo vel arce, ubi defunctus habitare solebat, vel etiam alibi & sic ipso facto per causæ continentiam corpore atq; animo omnium rerum possessionem apprehendat per ea quæ §. concl. 10. & quæ Petr. Frid. tr. de materia poss. c. 12. n. 17.*

24. An verò ut ita continuetur consuetudo, lex, vel statutum introducere valeat, dubitari possit, eò quod actum naturalem lex positiva inducere nequeat. *l. 2. de usuf. ear. rer. qua us. Ex quo id negarunt post alios Franc. Aret. in l. 1. n. 23. de acq. poss. Giph. l. 3. §. 1. n. 21. & seq. h. t. Recepta tamen sententia affirmantium de jure verior est per Iraptores C. de episc. & cler. c. ex literis de consuet. Ant. Gabr. 5. concl. 9. n. 4. Covar. 3. varia. resol. c. 5. num. 6. Coras. 6. misc. 13. Myns. 3. obs. 39. Gail. 2. obs. 52. Zas. in l. 3. n. 18. h. t. Atque tale statutum de continuanda in hæredem possessione vigere in ducatu Mediolanensi, civitatibus Parmæ ac Placentiæ refert Ant. Gabr. d. loc. Vasq. 2. cont. quæst. 57. n. 30. Item in Gallia Covar. d. loc.*

25. Quid si princeps alicui conferret possessionem alicuius rei puta feudi per modum conditæ legis: num ille Vasallis erit verus possessor sine aliqua apprehensione? Affirmat rectè *Zas. in l. 3. in pr. num. 20. h. t. eo motus, quod princeps sit lex animata in terris Nov. 105. c. 2. in fin. Quod malè hic applicatum videtur Petro Hegenitio tr. de poss. lib. 1. c. 6. n. 25. Non enim dici legem animatam eo respec-*

respectu, quod suam voluntatem legibus vigorem suum adhuc habentibus nec legitime abrogatis debeat præferre, quin potius ideo quod legi mutæ animam addat, eamq; defendat. Verum an non magis legi animatæ tribuendum, quod mutæ? Quæ analogis ratio si quod hæc posset illa non posset per ea quæ elegantè *Frid. Pruckm. tr. de regal. c. 3. n. 147.* Nec incommode huc deduxeris *l. 1. de const. pr.* Quam licet ita demum acceperimus si principi quicquam animo condendæ legis placuerit cum *Vassq. illustr. controu. c. 2. n. 2. Pruck. d. loc.* adhuc nostrum casum includet. Æque enim lex ibi etiam perhibetur, si quid cupiam singulariter à principe concessum est.

26. Ultimum sub hac sectione locum sibi habeat illa: An si quis in tret fundum animo retinendæ possessionis, quia credidit jam esse acquisitam, ista retinendi seu continuandi animus operetur acquisitionem ut non exigatur animus acquirendi de novo? Communius & verius affirmatum est *arg. l. si quis 6. §. 3. comm. præd. l. 25. §. 7. de acq. hered. l. 11. Quisatis. cog. Ias. in l. 3. pr. h. t. n. 26. Zas. ibid. n. 37.* qui con & dissentientes referunt quamplures.

Section IV. De Rebus possidendis.

Concl. 1. Rerum propriè possidendarum qualitates reuocemus ad quatuor. I. Res, ut factum corporale, qualis est possessio, in se recipiant, corporales esse necesse est *l. 3. in pr. h. t.* Incorporales enim ut seruitutes & jura non possidentur *l. si ades 32. de serv. l. 14. eod. l. 4. §. pen. de usuc.* ut nec traduntur *l. 43. §. 1. de A. R. D. l. ult. de seruit.* Impropiè tamen & abusiue verbum possessionis illis quoque in jure accommodatur *l. ult. uri possid. l. 2. §. ultim. de præc. l. 2. com. præd.* Unde cum nota improprietas illa possessio dicitur quasi possessio *l. 23. §. 2. Ex quib. caus. mai. l. 3. §. fin. de vi & vi arm. l. 10. si serv. vind. c. cum ecclesia de caus. possess. & prop. Sebast. Med. tr. de acq. poss. verb. siue possess. n. 11. Hot. 9. obs. 1. Borch. tr. ad h. t. c. 5. n. 3. Don. 11. com. 17. & alii.*

2. Ex quo illa controversia nata: An statutum faciens mentionem de possessione includat etiam quasi possessionem? Quod negative pro com. opinione multis propugnat *Ias. in l. 3. n. 15. h. t.* Magis vero juri congruè affirmatur *arg. l. 11. §. 2. de jurejur.* Eadem quippe res in genere sunt possessio & quasi possessio, rebus possessis variant: Idem jus in utraque, eadem utriusque turbata

ratio *l. uti possid. l. ut. de servit.* Vulgarum a. est ubi eadem utriusque ratio quod tam casus improprius veniat in statuto quam proprius. *Zaf. in d. l. 3. n. 4. Menoch. rem. rec. pos. 1. n. 86.*

3. Siftendum hic paulisper cum se quasi possessionis cognitio offerat, in eiusque divisionem & acquisitionem (de quibus dubitari magis posset) inquirendū erit. Communis apud Dd. obtinuit, quasi possessionē rectē in civilem & naturalem eodem modo dividi: Quod quidem illi pro sua specierum descriptione. Idē in suis peculiaribus finitionibus secutus est *Petr. Frid. Mind.* Quid vetat easdē pro Græcorū determinatione species in quasi possessione retinere: Civile præsupponit Iustiniana servitutū usucapio *l. un. C. de usucap. transf.* Naturalis exemplū adducit *l. 11. §. 2. de pig. & hyp.*

4. Acquirimus quasi possessionem illam rerum incorporalium similiter animo *l. fin. quemad. serv. amit.* & tali actu qui secundum rei naturam pro traditione seu prehensione cedat: Isa. est usus rei possidendæ *l. ut. de servit. l. si quis diuturno 10. Si serv. vind. Robert. 4. sent. 8. Covar. ad c. possessor. 2. p. rel. init. n. 8. de R. I. in 6. Iob. Coras. in l. ut. de serv. Don. 11. com. 17. Duar. 1. anni. disp. 34. Paurmeiff. de iuris d. lib. 1. c. 2. 2. n. 9.* Usus porro ille ut inducat quasi possessionē necesse est nitatur jure nostro proprio *d. l. ut. Quemad. serv. am. Sneider. §. 5. Inst. de interd. nu. 130. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. c. 160.* Ad quod quot actus sufficiant ut jure proprio fecisse dicamur nō apud omnes pariter constar. Unicum saltem actum in genere requirunt Dd. quos refert & seq. *Covar. ad c. possessor. 2. par. rel. init. n. 6. Menoch. d. loc. Treutl. disput. h. t. ibes. 1. lit. d.* Quod in negativis juriibus indistinctē verum accipio cum *Sneider. d. loc. Gail. 2. obser. 69. num. 15. per Leysforte 6. §. 1. si serv. vind.* In affirmativis seu permissivis distingvit *Sneider. d. loc.* inter illa quæ de facili concedi non solent ratione amicitiaē vel facultatis, qualia sunt jus aquæ ducendæ per alienum fundum, exercere jurisdictionem, electionem facere &c. In his scilicet uni cum sufficere actum *l. 1. §. quod autem 4. de aq. quor. & est. c. cum ecclesia de caus. poss. & propr.* Et illa in quibus potest esse usus per modum amicitiaē & cuiusdam naturalis facultatis, ut jus eundi per alterius fundum aucupandi, venandi, &c. quod etiam cuilibet de jure gentium permissum est nisi prohibeatur *l. divus 16. de servit. rust. prad. l. 3. §. 1. de A. R. D.* In his non sufficere unum actum, sed plures continuatos requiri ex quibus colligatur, utentem non ratione amicitiaē

citiae vel facultatis naturalis, sed tanquam pro jure suo usum esse, & dominum fundi ita quoque passum fuisse *l. 1. §. hoc interdicto 2. de itin. act. priv.* Utrisque consentio per summam ita definiens: Si quis suo jure actum exerceat ex præcedenti obligatione possidens unicus generaliter sufficit actus ut generaliter enunciat *Menoch. Sin. vero alias ex actibus debet præsumi possessio, manebo in distinctione Sneyd. vni.*

5. Quid, si unius juris plures sunt diversi & sui dissimiles actus ut in jurisdictione: an tum ex uno actu jurisdictionis apprehenso censebitur apprehensa possessio totius jurisdictionis? *Dist. sing.* Aut volente priore domino à quo habui causam istam actum jurisdictionis exerceo, & tunc apprehendi quasi possessionem totius jurisdictionis per actum unicum *arg. l. fusticidii 3. fin. Quemad. serv. azit.* Aut occupo quasi possessionem citra voluntatem domini, vel quod dominus jurisdictionis negligat, vel quia propter absentiam eius nemo est, qui me impediatur, vel quia vacat jurisdictionis, & tum per unum actum jurisdictionis non comprehenditur. *arg. l. 1. §. 5. de itin. act. pr. c. cum contingat. de for. comp.* Unde & illud vulgatum: tantum præscriptum quantum possessum *las in l. 3. in pr. hum. 35. Zas. ibid. n. 29.* Dissent. aliter distinguendo *Paurmeist. de jurisd. lib. 1. c. 22.* Et in eo casu si vacat possessio *Dist. cum communi Sneyd. v. d. §. 5. n. 105.*

6. Nec tamen solum usum sufficere putes ad acquirendam quasi possessionem non vacantem: Nam præterea scientia & patientia domini vel adversarii requiritur *l. quoties 15. de serv. l. si ego 11. §. 1. de Publ. l. 1. §. fin. de serv. prad. rust. l. 3. in pr. de ususfruct. l. 2. C. de serv. & ag. l. 16. si serv. vind. junct. l. 1. §. scientia de tribut. act. Balb. tr. præscr. 2. par. 4. p. pr. q. 1. vers. 4. Coras. in l. ult. de serv. n. 13. Covar. in c. possessor. 2. p. rel. in n. 5. Menoch. 2. arb. jud. c. 161. Sneyd. d. §. 5. n. 132. Paurm. 1. de jurisd. c. 22. n. 3. Dist. fo. Longov. ad l. imperiū 4. p. 2. art. de jurisd. maximè per l. fin. C. de præsc. long. temp. quæ prioribus conciliare variè laborant Interpp. varii ut videre est apud *Coras. d. loc. quos ipsos Each. §. cont. 20.* ad concordiam tandem revocare conatur. Quibus relictis omnibus breviter dicendum existimo: Aliud in possessione, de qua hic sermo est, aliud in usucapione *d. l. fin. juris esse: Illuc nobis acquiritur Domino tradente & jus suum transferente. Alias n. ignorantia non auferretur possessio l. quamvis 46. h. t. Hic lege præscribenti jus tale adicitur l. 3. de usuc. quæ publicæ tranquillitatis gratiâ**

gratiâ dominum tanto tempore tacentem resque suas negligenter scire ac in alienationem consentire præsumit. *l. 28. de V. Sign. per ea quæ Wesin par. de usuc. n. 4. Patrum est. d. c. 22. n. 16.* Hæc quasi per transitum de quasi possessione.

7. Res porro ut propriè possideantur nihil refert, mobiles sive immobiles sint *l. 3. in pr. §. 1. l. 13. l. 15. l. 47. h. t.* idque contra *gl. in d. l. 1.* communiter receptum est. Ex quo illud: si testator leger Titio possessiones suas vel possessionem rerum suarum, aut vendat quis omnes possessiones suas, id omnino tam de mobilibus quam immobilibus intelligendum esse: Quanquam alias usu loquendi, quæ in omni materiâ præfertur cuicumque propriâ significationi possessionis appellatio restringatur ad res immobiles *Cyn. in l. fin. in fin. C. de comp. Ias. in l. 1. in pr. n. 42. h. t. & ibi alleg. Absolutè nimis eo casu Borch tr. de acq. poss. c. 1. n. 3.*

8. Altera qualitas est ut res sit certa, sive ea integra sive pars sit, eaque pars pro diviso vel indiviso *l. locus 26. de acq. poss. l. si quis fund. 43. eod.* Incerta pars omnino possideri nequit ut nec tradi nec usucapi *d. l. 26. l. 3. §. in certam eod. l. si fur. 32. §. fin. de usuc.* Incertitudo quippe rei animum volentis possidere non admittit. Ut verò res propter incertitudinem possideri nequeat duplici ratione eam incertam esse oportere, ratione *quota* si nescitur quanta sit, & ratione *loci* si nescitur in quo angulo vel ad quam cæli regionem quis possideat: solam a. *quota* solamve loci incertitudinem non impedire possessionem vult. *Sebast. Med. tr. de acq. poss. verb. sive possessionem n. 233. Zas. in d. l. 3. §. incertam n. 1. & ibi Dd. omnes referente Rain. Corf. 2. med. 28. Hillig. Donell. En. 5. com. 8. lit. E* Quod mihi non videtur. Quum n. in totum quæ animi destinatione agenda sunt non nisi vera & certâ scientiâ perfici possunt *l. in totum 76. de R. I.* qua ratione animus certa scientiâ imbutus dicitur, qui res possidenda ubi sit nesciat: Nonne eum in incertum omnino vagari, nec usquam requiescere posse perspicuum est: Quo igitur fundamento dicitur solâ loci incertitudine non impediri possessionem? Idem esto iudicium de solâ *quota* incertitudine, de qua differit *Marcianus in d. l. si quis fundum 43. h. t.* eodemque intellectu omnino lego *Donell. 5. com. 8.*

9. Ex ratione incertitudinis in clausula constituti à *Dd. in d. l. 3. §. incertam* controversia nata est: An constitutum generale omnium bonorum præsentium & futurorum operetur etiâ translationem

lationem possessionis in futuris statim ut acquisita sunt? Communiter conclusum quod sic teste Jaf. qui plurimos allegat in *d. §. incertam. n. 10. Sebast. Med. de amitt. poss. n. 187.* rationibus deductis tam ex societatis generalis *l. 2. §. 6. pro soc.* quam contrahendi generalis pignoris jure *l. 15. §. quod dicitur. i. de pignor. l. fin. C. qua res pign. oblig.* Nec obest incertitudo quæ quidem in acquirendis est non jam acquisitis *l. interdum 73. de V. O. l. 8. de contr. empt.* quæ adhibita distinctione nec à communi recessit *Zaf. in d. §. incertam.* quod tamen ipse præse ferre videtur. Quicquid sit, contra placet clausulam constituti ad transferendam possessionem bonorum futurorum nihil prodesse ut rectè sentit *Ant. Fab. sententiam comunem inter errores pragmaticorum numerans. sub dec. 4. error. 8.* Qui enim alieno nomine constituet possidere, suo nomine ut prius possederit, jus constituti possessoris exigit *l. quod meo. 17. h. r.* ut si uno instanti amittat possessionem & in alium transferat. Id vero in futuris nequaquam contingere potest, nisi statueri velis eodem instanti quem incipere & desinere possidere, cui non tam juris ratio quam ipsa natura repugnat.

10. Tertia Qualitas est: ut res possidenda sit omni possessore vacua: Duo n. in solidum eiusdem rei possessores esse nequeunt: Quod pronunciatum nobile Dd. discrepantiâ tam variè fingitur & refingitur, ut (alioquin firmissimum) magis tenebris ab interpretibus multis offusum, quam dilucidè expositum, vix subsistere posse videatur. Mihi per medias omnium sententias de initimo legum sacro efformata videtur, quæ propius ab illo, quod dixi, iuris pronunciatio abit: Hæc scilicet: Quod duo eandem rem in solidum possidere omnino non possint, nec civiliter simul, nec naturaliter, nec unus naturaliter, alter civiliter, nec unus iuste alter injustè: Quam etiam propugnarunt *Cuiac. 9. obs. 32. Connan. 3. com. 10. Borcb. tr. ad h. t. c. 6. n. 18. Et tr. feud. c. 9. n. 26. Donell. ad t. C. uti poss. n. 18. Et 15. com. 37. Treuil. h. disp. 1b. 4. in fin. per d. l. 3. §. ex contrario 5. h. t. l. 5. §. 15. commod. l. in solidum 19. in pr. de prec. l. Pomponius 13. §. si is qui 7. h. t. Diss. post Roger. glossogr. Vaconius à Vac. declar. 39. tradens: Duos in solidum posse possidere civiliter. Aliter Martinius glossograph. ut refertur à Covarru. ad c. possessor. vel. 2. n. 4. de R. I. in 6. putans duos in solidum & civiliter simul & naturaliter possidere posse, quod dudum frequentissimo calculo proscriptu testatur *Covar. d. loc. novè tamè à Pet. Frid. Mind. tr. de mat. poss. c. 10.**

D

n. 5

n. 5. & seq. repetitum & defensum est. Aliter *Jas. Ensil. Ferrer. &*
alii communius in *d. §. ex contrario Vaud. 2. variar. 9. 3. in fin. Vult. in*
jurisp. c. 67. n. 23. statuentes penes unum naturalem penes alterum
civilem eiusdem rei possessionem. De clandestini possessoris, ma-
riti, fructuarii, Vasalli possessione nec nostri conveniunt. Quibus
cum ego, subiciam.

11. Ex hac tertiâ qualitate explicanda est *l. clam 10. h. t.* (in quâ
ii, qui naturalem & civilem eiusdem rei possessionem penes di-
versos statuunt, suæ opinionis robur habent) Quod ille qui clam
ingreditur non possit apprehendere possessionem rei illius, quæ
suo possessore non vacat. Retinuit. ille qui abiit possessionem
d. l. clam in fin. ibi retinet ergo & c. l. 3. §. 7. l. quamvis 47. h. t. ut ita præ-
ter asinum illam, uti vocant, possessionem seu detentionem fur-
tive ingressus nihil coeperit. *Jas. in d. l. clam. Connan. 3. cons. 10. nu. 4.*
Don. t. C. uti possid. n. 6. 7. 8. Borch. tr. ad h. t. c. 6. Bronch. 4. ex vob. 1. Pau-
meist. lib. 1. de iurisd. c. 22. n. 14. Aliter sed impertinentius *Cuiac. in*
d. l. 3. §. ex contrario.

12. De mariti & uxoris possessione in dote non una omnium
mens est: Illud dicto pronuntiato affinius & de jure verius est:
Quod nullatenus uxor; maritus solus dotem possideat *l. Pompo-*
nii 13. §. in dote h. t. l. dotis 7. §. 3. de jur. dot. l. dotis actio 9. C. sol. matr.
& quidem civiliter jure domini §. *per traditionem 41. Inst. de R. D.*
l. 23. C. de jur. dot. l. dotis 7. §. 3. l. 75. D. eod. l. dotale 13. §. 7. de fund. dot.
Unde & rei vindicationem habet *l. dote 9. C. de R. V. l. 11. C. de jur.*
dot. & usufructuendi conditionem §. 2. vers. sed tamen Inst. de usufr.
Franc. Aret. Jas. in d. l. 13. §. dote, dq; de dominio quiritatio acci-
pio secundum h. in rebus 30. C. de jur. dot. cum Cuiac. 10. obs. 37. Diss.
Vaud. 2. lib. var. quæst. 3. qui promiscuè utrique tribuit possession-
em. Aliter diss. Borch. tr. ad h. t. c. 6. n. 26.

13. De possessione usufructuarii res variis Dd. traditis intri-
catissima est. Illud cum cõmuni scholâ præmitto: Quod proprie-
tarius rem ipsam, cuius usum fructum alii concessit, possideat *l. 15.*
§. 1. Qui satisd. cog. civiliter. Affectione n. domini ipsum nõ destituit
res ipsa loquitur *l. 15. §. 6. de usufr. & usufructuendi facultas satis arguit*
h. locum 17. §. 2. de usufr. Ne igitur in *περὸς δὲ τὸν* contra *d. l. 3. §. ex cõ-*
trario h. t. incurratur; fructuarium, dico, non possidere ipsam rem
fructuariam *d. l. 15. §. 1. Qui satisd. cog. l. acquiruntur 10. §. ult. l. 1. §. per*
eum §. h. t. §. 4. Inst. per quas. pers. nob. acq. l. 12. §. 34. de usufr. l. 52. h. t. l.
3. §. 12.

3. §. 12. ad exhib. Sed saltem detinere in eiusque possessione esse nomine proprietarii, exprel. l. certe. 6. §. 2. de prec. l. i. §. 3. Quor. leg. l. 49. h. t. l. v. §. 5. ad exhib. secutus Cuiac. 9. obs. 33. & 18. obser. 24. Borch. tr. ad h. t. c. 6. n. 33. Zaf. in d. l. 3. §. ex contrario nu. 28. Don. in l. 7. C. und. vi. Longè secedens à communi Dd. opinione quâ fructuarius possidet naturaliter, quos ferè recentent & sequuntur Iaf. in l. 1. in pr. n. 62. h. t. Menoch. recup. poss. rem. 1. n. 20. Longissimè à Petr. Frid. Mind. tr. de mat. possess. c. 3. & 4. qui vel civilem fructuario rei fructuarie possessionem tribuit. Jus vero utendi fruendi seu usum fructum fructuarius possidet, vel potius quasi possidet civiliter, latè Iaf. in d. l. 1. n. 62. contra Br. ibid. Covarruvias ad. c. possessor. 2. p. rel. in n. 4. de R. l. in 6. qui ita communiter teneri scribit. Vasq. 2. illust. contr. c. 57. n. 4. idq; tam textibus ut l. 3. in fin. si usus fructus per. l. fin. nisi possid. l. 8. in pr. de reb. aut. jud. quam necessariis sequeis manifestum est, eo q; usus fructus vindicatione l. 1. in pr. si usus fructus per. junct. l. 1. in rem 23. de R. V. l. fin. C. eod. & usucapiendi usum fructum potestate l. fin. C. de praescrip. long. temp. l. un. C. de usuc. transf. fructuarius gaudeat. Proprietarius itaque rem, Fructuarius usum fructum possidet & sic res diversas. In hoc merito linquo Cuiac. 15. obs. 24. Borch. tr. ad h. t. c. 6. n. 33. jus utendi fruendi saltem naturaliter à fructuario possidere existimantes. Emphyteutam in his omnibus ratione possessionis fructuario aggrego uti & hic Dd. in suis opinionibus persequendis fecerunt. Iaf. in d. l. 1. n. 62. verbo similes. Covar. d. loc. n. 6. Borch. d. loc. Petr. Frid. Mind. d. tr. c. 3.

14. Affine est de Vasalli possessione. Tribuunt Dd. communiter Domino feudi possessionem civilem, Vasallo naturalem Ergo. Bar. lib. 4. de ben. 7. Duaren. tr. feud. c. 19. Herm. Vult. tr. feud. lib. 2. c. 1. n. 22. Quod contra sepe d. l. 3. §. ex contrario h. t. dicitur. Me in illam sententiam juris ratio induxit. Quod vasallus solum usum fructum seu jus in praedio feudali possideat civiliter, cuius vel id unicū sufficiens argumentum est, quod praescribere idē queat c. un. §. si quis per 30. si de feud. des. contr. rem vero feudale naturaliter, jure sc. feudi; ipse a. Dominus feudi nullatenus possideat. Fr. Connan. 3. com. 10. Fr. Hotom. cons. 3. Borch. tr. feud. c. 9. n. 17. & 26. idemq; satis evincitur c. un. §. quamvis de invest. dere. al. fact. c. un. in f. de nov. form. fidel. c. un. §. item in fin. si de inv. feud. contr. fs.

15. Ex hoc & illa decidenda quaestio est: An interdicta possessoria Domino feudi accommodentur? Qui eum civiliter possidere

fidere affirmant, omnino competere censent *Duar. Vult. dd. locc.*
Negant qui contra *Borch. d. loc.* & alii cum quibus ego. Sed quid
si dominus à quasi possessione percipiendi annuam præstatione
seu pensionem fuerit deiectus? Dari ei interdictum unde vi, si
præstatio est realis communis est sententia teste *Borch. tr. feud. c. 9.*
n. 26. Menoch. rem. recup. 1. n. 87. Si vero præstatio est personalis lō-
ga inter *Canonistas & Legistas* controversia est. His eo casu, quia
nulla detur possessio, & interdictum tale negantibus accedo
cum *Borch. & Menoch. dd. locc.*

16. Confectarium ex hac tertiâ qualitate appendamus hoc.
In tantum vacua possessione opus esse ut sine ea dominiū trans-
ferri vel acquiri naturaliter nequeat *l. cum res 12. C. de probat. l. qui
prædium 13. C. de distr. pign. l. 50. de R. V. l. 2. §. fin. & §. q. de abt. empr. l.
traditio 20. in fin. §. ult. de A. R. D. Oldendorp. cl. 2. post pr. Cont. 1. disp.
jur. civil. 8. Bronch. 3. ex ev. aff. 81. Horom. illustr. 11. Gothofr. ad d. l. 13.
Trentl. disp. h. t. th. 2. lit. d.* Dissentire veteres glossographi & ipsorum
sequaces maximè per *l. si fundum 16. de fund. dor.* cui uti satisfieri
possit videbo.

17. Quarta qualitas est, ut sit res non exempta hominum
commercio seu possideri prohibita, qua ratione possideri neque-
unt res sacræ & religiøsæ *l. qui universas 30. §. 1. h. t. §. nullius Inst. de
R. D. c. 2. de reb. eccles. non al. liber homo d. l. 30. §. 1. l. 1. §. 5. l. 23. in f.
h. t. res universitarum ut sunt forum, theatrum, basilica l. 1. in fin.
h. t. res singulæ in concreto, quæ sunt in ædificio nave armario l.
cum qui 23. de usuc. l. 30. in pr. h. t.*

Sectio V. De possessione retinenda.

Concl. 1. Retinemus possessionem quamlibet tam civilem
quam naturalem: rerum corporalium & incorporalium: Cum n.
ante eius acquisitionem edisserverimus, tanquid de retentione
dubitandum *l. licet 4. C. h. t.* Et quidem animo nostro vel cum ad-
miniculo corporis, si animo & corpore simul retinemus tam cor-
pore nostro *l. qui bona 19. §. 1. h. t. d. l. 4. C. eod. quam alieno l. 9. h. t. §.
5. Inst. de interd.* In incorporalibus pro corpore est continuatio u-
sus per ea quæ *§. sect. prac. concl. 4.* quem quis similiter per se vel al-
lium exerceat, perinde est *l. 20. & seq. quem d. serv. amit*

2. Vel sine adminiculo corporis, hoc est, solo animo *l. 3. §. sed
etsi 7. l. quamvis 4. C. eod. l. si id quod 25. §. 2. l. qui universas. 30. §. 5. l. 3.
§. salus*

§. salus 11. eod. junct. l. 1. §. quod vulgo de vi & vi arm. Idque summa cum ratione ne ut spongia saxis nos fundo adhaerescere cogamur *Con. 3. com. 10. n. 7.* vel more testudinis perpetuo nos domi continere, nec pedem limine efferre citra juris nostri amissionem *Duar. aren. 1. disp. 18.* singula horarum momenta rebus nostris insistendo *Wes. in parat. n. 6.* Sed tamen ita solo animo retineri possessionem, ut semper necessaria sit comprehensio corporalis, saltem *duobus* & potestate, puta ut quoties velimus comprehendere possimus, vult. *Giph. in l. 3. h. t. n. 82. per l. 3. §. 13.* Quod et si in mobilibus verum sit, de quarum possessione loquitur *d. l. 3. §. 13.* in immobilibus iuri absouum primam facie videtur, utpote quarum possessionem retinemus etiam si alius sit in fundo *l. 3. §. federis 7. h. t.* quamdiu possessionem ab alio occupatam ignoramus. *l. quamvis 46. l. clam. 6. h. t.* & tamen corporaliter apprehendere non possumus, quam maximè etiam velimus. *l. 3. §. ex contrario h. t.* Verum & in immobilibus eam *duobus* nobis ut iure concessam nihilominus manere, quamdiu animo non desierimus possidere, omnino statuo. Possum n. eum qui ingressus est finibus meis expellere simul atque sciero. *l. quod meo. 18. §. per. h. t.* propriamque autoritate impedimentum meae possessionis tollere *l. 3. §. eum igitur de vi & vi arm. l. quemadmodum §. 1. ad l. Aquil. las. in l. clam §. fin. h. t. Zas. ibid. Wes. in parat. h. t. n. 7. §. in t. de vi & vi arm. n. 6. Obrecht. de necess. defens. c. 3. num. 17.* Atque hanc facultatem seu hunc animum corporalis possessionis recuperandam quamdiu habeo, deiectus vel possessionem amisisse nondum dicor *arg. per l. clam. 6. in fin. l. si id quod 25. h. t. c. olim de restit. spol. Dd. in l. 3. §. eum igitur de vi & vi arm.* Urges haec in continenti fieri oportere *d. l. 3. §. eum igitur d. c. olim.* ut ita facultas illa seu *duobus* non parum coarctata sit; Sciendum; Quamdiu durat turbatio tamdiu turbatorem turbari posse *c. dilecto de sentent. ex com. in 6. Wes. in parat. de vi & vi arm. n. 6. Obrecht. de necess. def. c. 10. n. 22.* & in continenti dici recuperasse qui semper habuit animum recuperandi, nec unquam diligentiam praetermisit, recuperavit quamprimum potuerit, post *gl. in d. c. olim de restit. spol. las. in d. l. clam §. fin. Sneyd. §. 5. Inst. de interd. n. 15.* idemque approbatum hodie & statutum expressè in des. Reichs Landfrieden *fabrubr. Von Pöen der Landfriedbrecher in fin.*

3. Maius dico, usque dum licet per tertium retinemus animo etiam corporalem illam in detinendo positam possessionem

Def. in l. 1. in pr. n. 45. h. t. juris saltem interpretatione Don. 5. com. 8.
Cum n. possessio sit detentio quæ ex animo & corpore suâ substantiam cœpit, talis omnimodo retineatur necesse est, nisi eam sui naturam exuisse, atque in aliud genus juri quam factio proprius transisse proponatur contra axioma illud in *l. 3. §. illud. l. qui bona fide. & passim h. t. traditum. Diff. post gl. & Br. in d. l. 1. in pr. Dd. communiter*, qui pro certo miliarium numero hæc determinant. (In incorporalibus solo etiam animo retinetur quasi possessio *l. arboribus 12. §. 4. in fin. de usuf. nisi interveniat tempus quo non utendo* amittitur *l. hac autem 6. de servit. præd. urb.*)

4. Retinemus & tum animo possessionem, si servus, colonus, vel inquilinus &c. per quos corpore possidemus furere inceperunt, aut alii locarunt *l. si id quod 25. h. t.* Item si decesserunt discesseruntve *l. 3. §. 8. vers. quod si servus h. t. l. cum quis 31. de dol. mal.* cui vehementer adversantur *l. si colonus 31. l. si de eo 40. §. 1. h. t.* Verum hæc Sabinianorum redolent hæresin teste Justiniano in *l. fin. C. h. t. quæ Paulus in d. l. 3. §. 8.* reliquit secutus Proculum cuius est *d. l. 31. Cuiac. in d. l. 40. in suo Afric. Borch. d. sr. ad h. e. c. 7. n. 4. Du. Arumæus exercit. Just. 19. th. 16.*

5. Denique si absit animus deserendæ possessionis, ut furioso, dormienti, retinetur possessio etiam sine animo & affectu tenendi *l. si quis qui 27. h. t. Don. 5. com. 13. Duar. in com. ad h. t. c. 2.* Unde & furiosus usucapionem ante furorem cœptam complet *l. 4. §. furiosus 3. l. iusto errore 44. §. fin. de usuc.* utilitatis ratione ita svadente ne langvor animi damnum etiam in bonis adferat Dissent. Cuiac. in *l. rerum mixtura 31. §. 1. de usuc.*

6. Retinendo ita possessionem causam possessionis nemo sibi mutare potest *d. l. 3. §. illud 19. h. t. l. qui bona 19. §. 1. l. 18. in pr. eod. l. cum nemo 5. C. eod. l. 33. §. 1. de usuc. l. ult. si pars hered. l. 6. §. 3. l. fin. de prec. l. 1. pro don.* Unde procuratore mens tem nomine domini eamque traditam accipiens ita ut quarat possessionem domino, licet possiderit per 30. annos, nec restituat domino, tamen non præscribere potest *Aret. in d. l. 3. §. 19. Alciat. reg. 2. præf. 23.*

Sectio VI. De amittenda possessione.

Concl. 1. Amittimus possessionem, rebus quibus constituitur, tenendi scilicet facultate & possidendi affectu in contrarium versis, ideoq; (ut *Donelli distinctiones 5. com. 12. §. 13. contraham*)

contraham) vel *inviti* vel *volentes*. Sed quomodo *inviti* cum nulla amittatur possessio nisi animo & corpore *l. 8. h. t. ? Donellus d. c. 12. accipiens d. l. 8. de amissione sola facti & destinationis nostræ, iis casibus quibus inviti possessionem amittimus, absq; animo nostro possessionem amitti velle videtur: & idem cum ipso Duar. in com. ad h. t. c. 3. Plane contrarius est Connan. 3. com. 9. n. 4. Dixerim ego: In dubio quidem non videri quem consentire amissioni possessionis, & animum ex certâ destinatione requiri quando amittitur possessio liberâ nostra voluntate *l. 3. § in amittenda 6. d. l. 8. l. si quis vi 17. § h. t. secus tamen si coactè aut violentè: Nam tunc sufficit coacta & meticulosa voluntas l. 3. § si 8. l. clam 6. in f. h. t. quæ coacta voluntas etiam est voluntas l. simulier §. pen. quòd mer. causa c. merito 15. q. 1. Atq; sic invitum hic accipio, qui & animo amittit possessionem, si non libero & absoluto, tamen coactò, qualis animus in superficie voluntatem in medullâ dissensum habere scitè dicitur à Bald. ref. las. in l. 15. n. 3. h. t. Suid. § 5. Instit. de interd. n. 174.**

2. *Inviti modo ex conditione rei*, ut si eximatur commerciorum facta aut religiosa facta *l. 30. § 1. &c.* Quod Græcis quibusdam olim non placuit, qui ut superveniente mala fide possessio bonæ fidei non interrumpitur, ita nec religione rei accedente possessionem non dimissam interrumpi putarunt incongruè argumentati ab opinione possessoris ad jus & qualitatem rei possessæ, quos iustè reprehendit Cujac. ad l. 24. V. O. vel in aliam speciem transferatur *d. l. 30. §. 4.* ut si vestimentum ex lana factum est, *d. §. 4.* Item ex cæmentis regulis lapidibus &c. ædificiû. Quod tamen cum micâ salis accipiendum puto, cum *Petr. Frid. Mind. tr. de mat. pos. c. 11. n. 79.* ita ut et si lanam ex qua vestimentum factum est nō amplius possideam ut lanam possideam tamen ut vestimentum, quod evidentius in altero exemplo. Rectè in aliam speciem: Nam qualitas accidens non mutat possessionem ut si resherat dotalis. *l. si fundum 16 de fun dot. Balb. tr. præser 3 par 6 p. pr. q. n. 5. Wes in parat. hic in fin.*

3. modo ex conditione personæ possessoris, ut si in aliam potestatem veniat, sive servus in *deus d. l. 30 §. 3. l. cum heredes 23. §. 1. iung. l. deniq; 19 ex quib. caus. mat. seu bona fide possessus l. homo liber. 54. §. ult. de A. R. D. aut monachus effectus ant. ingressus C. de s. eccles. vel moriatur. Morte n. voluntas. sine qua possessio esse non potest finitur *l. 4. loc. l. 65. §. 1. deleg. 1.**

4. *Modo*

4. *Modo ex naturali tenendi facultate amissa, quod accidit aut sine facto nostro, aut cum facto nostro. Sine facto nostro aliter in immobilibus. Aliter in mobilibus. In immobilibus occupatione externa: vel à flumine seu mari per inundationem l. 3. §. Labeo 17. h. t. l. 13. in pr. eod. l. cum unus 12. §. fin. de bon. aut. jud. poss. Quod tamen non procedit si inundatio sit modica, quæ facile sit recessura Inf. in §. Labeo Zas. Duar. ibid. Sneider d. §. 5. Inst. de interd. n. 167. Sebast. Med. tr. de amitt. poss. n. 145. Pet. Frid. d. tr. c. 11. n. 64. Gothofr. ad l. 30. §. 3. h. t. Diss. Giph. ad d. §. Labeo n. 93. & seq. indistinctè tradens inundatione adimi possessionem et si temporis sit maximè exigui cuius argumenta dextrè refellit Du. Hillig. Don. Enucl. §. com. 12. lit. C. Ratio huius limitationis in eo est, quod tali casu affectio & potestas retinendæ vel recuperandæ possessionis non elidatur. Quæ eadè & in illo casu limitatio admitti potest, quando facta inundatione possessor in continenti se preparat ad providendum cessare istam inundationem Inf. Zas. d. §. Labeo. Sebast. Med. d. n. 145. arg. eorum quæ Dd. in l. 3. §. cum igitur de vi & vi arm. & quod attacku est §. fct. præc. concl. 2. Deinde nec tum inundatio possessionem aufert, si secundum consuetudinem regionis sit utilis ad irrogationem agrorum ut exundatio Nili anniversaria Dd. in d. §. Labeo. Aliam limitationem inducit Sneider d. n. 167. Si non totus fundus sit inundatus tum scilicet per partem totius possessionem retineri per l. 3. in pr. h. t. Quam equidem probare nequeo, eo quod simpliciter in d. §. Labeo dicatur: eum locum nos desinere possidere quem flumen aut mare occupavit: Locus a. & portio fundi est l. locus 60. de V. S. Nec quicquam juvatur d. l. 3. in pr. quæ argumentum saltem suppeditat ab acquisitione ad retentionem. Id n. cōtrario aptare melius licet: Quod sicut per partis apprehensionem non apprehendimus possessionem eius, quod ab alio occupatur l. quod meo 18. §. fin. h. t. ita nec hic retineamus per partem vacuum reliquum quod inundatum est.*

5. *Vel ab homine per vim: Amitto possessionem per vim, cum vi deicior l. naturaliter §. de usuc. l. 1. §. 1. & 2. §. t. t. de vi & vi arm. vel ab eo qui absente me ingressus est, reversus repellor l. 1. §. sive a. 24. de vi & vi arm. l. clam 6. in fin. h. t. aut metu repulsæ (puta si tantâ potentiâ adversarius esset in fundo) accedere nolo l. 1. §. 24. l. clam. in fin. h. t. Zas. & Dd. in l. clam. h. t. Don. §. com. 12. §. 27. Borch. tr. ad h. t. c. 8. n. 9. Sneider d. §. 5. Inst. de interd. n. 174. Communiter hæc*

hæc conclusio restringitur, ut cum locum non habeat, si ad recuperandam possessionem nos præparemus de quo *s. sect. prac. concl. 2.* Quod si igitur per modicum tempus, intra quod pro arbitrio iudicis nos præparare potuissimus, neglexerimus, amissio consequitur per *l. 40. §. 1. verb. neglexerit h. t. Bart. & alii ibid. Sebastian. Med. de amit. poss. n. 164. Sneyd. d. §. 5. n. 174. Pet. Frid. Mund. tr. de mar. pos. c. 11 n. 79. Obrecht. de nec. def. c. 10. n. 19. Quin* multò magis si vel aliter impediti tantum temporis interfluxit ex quo resultat oblivio puta longum tempus 10. annorum *l. furum 37. in fin. de usuc. §. 2. vers. quod autem Inst. de usuc. prædicti Dd.*

6. *Vel ab homine sine vi:* ut si quis ex secundo decreto iudicis mittitur in possessionem, tum prior, qui damni infecti cavere debuit, nec tamen cavet invitus possidere desinit, & missus in possessionem possessor efficitur *d. l. qui universus 30. §. 2. h. t. l. 3. §. fin. & ibi Dd. h. t. l. Si finita 15. §. 16. de dam. infect. l. justè 11. h. t. Alium modum ad hoc genus perinentem inserit Sneyd. d. §. 5. n. 182.* Etiam per Imperatorem possessionem nobis ex causa auferri posse: Quod mihi non videtur habere dubitationem, cum idem iudici prævia justâ causâ licere dictum sit. Dd vero alias in *l. fin. C. Si cont. jus vel ut pub. referente Jaf. in l. 1. n. 48. h. t.* tradunt civilem à principe tolli posse sine causa tanquam inductam à lege civili, naturalem non tanquam inductam à lege naturali; quod tamen ita demum admittere quosdam scribit quo ad juris dispositionem, secus si ad potestatem principis respectus fiat. Eodem illud idolum plenitudinis potestatis tendit quam principi Dd. tribuunt, & illud Machi avellicum: Principis potestatem in questionem vocandam non esse. Ego dixerim: Si principi non licet movere terminos, quos Deus opt. max. sempiternis naturæ legibus pepigit, neque certè licebit alteri detrahere, quod suum est, possessionem ve auferre sine justissima causa per ea quæ *Bodin. de repub. l. 1. c. 8.* ea quæ late *Frid. Pruckm. tr. de reg. c. 3. & 5. Gail. 2. obs. 76.*

7. *In mobilibus aliena occupatione vel rei subductione.* Aliena occupatione etiam ignorantes amittimus possessionem rapinâ & furto *l. rem quæ nobis 15. h. t. l. 3. §. 18. l. si rem 47. eod.* Atq; in hoc differentiâ quo ad res immobiles, in quibus propter occupationem alterius non statim amitti possessionem supra dictum est. Rationem diversitatis vulgo desumunt ex *d. l. si rem 47.* eam quia mobilium vilis & abjecta sit possessio, quam cum *Accursio*

& sequacibus approbat *Sneidw. d. §. 5. n. 133.* Rectius improbat eam *Don. §. com. 12.* Pretiositate enim res mobiles ut aurum, gemmæ &c Sæpe res soli superant & *Papiniani in d. l. firem* non de possessione sed ejus neglectu, ac custodiæ amissione loquitur argumento utens à majori ad minus.

8. *Rci subductione* amittimus in mobilibus possessionem, cum sub custodiâ nostrâ res esse desierit, siue res inanimata sit siue animata *l. 3. §. Nerva 13. 14. 15. h. t. l. si id quod 25. in pr. l. 13. eod.* Quod si vero res sub custodiâ meâ est, non tamen invenitur, ego nihilominus possideo, quia præsentia ejus est, & tantum cessat interim diligens inquisitio *d. l. 3. §. Nerva vers. dissimiliter.* Nec officit non recordari ubi repositum sit, modo repositum sit *l. peregrè 44. §. 1. h. t.* Servi dissimilis causa est *l. 1. §. per servum 14. l. 13. l. 15. l. 47. h. t.* Ex hoc amissionis modo & *l. verum 30. §. 1. de usuc. evincere Donel. §. com. 12.* conatur: Quod qui ante possedit regulas, columnasve, easq; in ædificium conjecit, per hoc possessionem quam habuit non amittat, sed usucapionem impleat *d. l. 30. §. 1. ne licet ibi l. loquatur tantum de eo cui 10. dies supersunt, eo mutari jus possessionis, & rationem, qua mobilium possessionem non amittimus, nisi ubi sint, nesciverimus.* Illud acutè examinat *Dn. Hülliger. ibid. lit.* E adeo ut in contrarium omnino abire maluerit statuens neq; possideri neq; usucapi amplius illas regulas columnasve, postquam in ædificium translatae sunt. Ne vero cum ipso textui manus afferre cogar potius illud acceptabo quod *Cuiacio in d. l. 30. §. 1.* placuit: Desinere quidem illo casu possessionem, usucapionem non interrumpi quod similiter morie *l. 40. de usuc. junct. l. 1. §. Scavola D. Si is qui rest. lib. & captivitate l. cum heredes 23. §. 1. h. t.* contingit. Atq; sic *sine facto nostro.*

9. *Cum facto nostro* inviti amittimus, si rem soli vel mobilem locamus, vel precario tradimus domino *l. ei à quo 21. de usuc.*

10. Iisdem modis amittimus inviti, si quid horum in personâ eorum, per quos possidemus incidit. Ut v. g. si vi dejectus est servus, procurator, colonus, ipse dominus dejectus intelligitur *l. 1. §. quod servus 22. de vi & vi arm.* In quo hoc omnino singulare est, quod dejectis iis per quos possidemus, etiam ignorantibus & sic solo corpore amittamus possessionem *d. l. 1. §. 22.* Idem dicitur *l. peregrè 44. §. fin. h. t.* ut eam acceperunt *Borch. tr. ad h. t. c. §. n. 8. Gothofr. add. §. 22. Suidw. §. 6. inst. de interd. n. 185. Bronch.*

185. *Bronch. 3. de uel. 83.* Præter hos tamen adhuc tres modi amissionis per nostro nomine possidentes occurrunt singulares. I. Si in possessionem alii tradiderint id est plane & aperte transulerint alio accipiente *l. non solum 33. §. 4. de usuc. Cujac. in par. C. h. t. Don. 5. com. 12. Dis. Duar. in l. 3. §. 9. h. t. Suedw. d. §. 5. n. 185. Gotbosi. ad l. ult. C. h. t.* II. Si ipsi mortuis alii occuparunt *l. 40. §. 1. in fin. h. t.* III. Si is mortuis scientes nos possessionem adipisci neglexerimus *d. l. 40. §. 1.* Nam ut morte eorum non interruptatur possessio benignè receptum est: Jus autem vigilantibus succurrit *l. pen. in fi. Qua in fr. cred.* Non amittimus si disceserunt *l. 3. §. 8. h. t.* vel dereliquerunt & alii prodiderunt *l. ult. C. h. t. de quo sup.*

11. Atq; sic in *uiti. Volentes* amittimus animo solo & destinatione nostra, ut constituimus nos possidere nolle, licet corpore firmus in fundo *l. 3. §. in amittenda. 6. l. 34. l. 44. §. fin. l. 17. §. 1. h. t. Cui gravissimè contradicit l. quemadmodum. 8. h. t. l. ferè. in fin. 153. de R. 7. in quo nodo dissolvendo mira Dd. concertatio. Ea solutione negotium facilius & pro veritate magis expediri sentio, qua dicitur: Solius animi operà tanquam solo instrumento amittendæ possessionis amitti possessionem: Corporis factum non requiri, nisi ut rei amittentis, quæ placuit *Donell. 5. com. 13. Cont. 1. disp. Jur. Crv. 21. & clariss. Dn. Prasidi disp. Instit. 35. in corol. Diss. Fachin. 8. cont. 21. Aliter cum Joh. glossat. Zaf. in l. 3. §. 6. h. t. n. 5. Suedw. §. 5. Inst. n. 165. Gotbosi. in l. 8. h. t. Aliter Cujac. in par. C. h. t. Borch. tr. ad h. t. c. 8. Aliter Petr. Fab. in l. 35. n. 12. de R. 7. Wes. in par. D. h. t. Petr. Frid. c. 11. n. 53. Aliter Connar. 3. com. Jur. Crv. n. 4. Vult. in Jurisp. c. 67. Aliter Duar. in com. ad h. t. c. 3.**

12. Declaratur ejusmodi animus vel verbis vel factis. Verbis si quis hoc publicè proloquatur, qua parte distinctionis ille amittendæ possessionis modus venit: Si quis per nunciationem novi operis, quæ solo verbo fit, ipse possessionem amittens, ad verfacium possessorem facit *l. 1. §. in operis 6. l. de pupillo. 5. §. 10. de nov. oper. unu.* Factis ut alienatione, cujus species est traditio, qua omnium apertissimè amissio inducitur *l. 17. in fi. h. t. Jung. l. 18. §. 1. h. t.* Huereferunt si is qui possidet sciens patiatur alium possidere, nec contradicat, ut si dominus vel Episcopus patiatur alium castra vel diacessin administrare & imperare pro libitu, quod cum videatur animum possidendi deponere *Sebast. Med. tr. de amitt. poss. in 166.* Id tamen eo intellectu demum accepto fit alia

debita adminucula accedant utpote temporis diuturnitas de quo *sup. concl. 5. in fin.* vel in aliquibus titulus ut in Episcopis requiritur *cum Petr. Frid. Mind. de mat. pos. c. 11. n. 80.* Item alia species manumissio servi alieni *l. pen. pro donat.* Nam si suum manumittit alia amittendi ratio est *l. 30. §. 1. h. t.* Declaratur similiter retentione ad nudam detentionem ut si quis alieno nomine possidere constituit de quo *§. aut precario l. 6. pro empt. conductione l. 19. h. t. cui adde l. 28. h. t. vel simili causa rem retinet.*

13. In incorporalibus cum earum natura sit, ut possideri nequeant, sed intelligatur possessionem earum habere, qui rem cui adherent possidet *l. si ades 32 de servit. V. P.* consequens est, quasi possessionem amitti, amissâ possessione fundi dominantis. Sic cum patientiâ adversarii mediante quasi possessio consistat, *ut §. c. cessante, puta si is contra quem præscribitur, impedit præscribentem uti servitute vel jure, similiter quasi possessio interumpitur l. 4. §. si viam de usuc.* Idem in aliis juribus non coherentibus prædiis ut jurisdictione & similibus.

Sectio VII. De Commoditatibus & effectibus possessionis.

Concl. 1. Commoditates possessionum & effectus Dd. passim extollunt. Principales enumerasse pro instituto sufficiat. I. sit: Possessor rebus possessis utitur & fructus lucratur. Regulariter dominii & ususfructus jure constanti & minus variabili fructus nostros facimus. Quid si possidemus nos jus dominii habentes inconstans & variabile, ita ut alter percipere ratione constantis illius juris deberet? Quinam possessionis effectus? Ex bonæ fidei & malæ fidei possessoris distinctione res omnis definienda est. Bonæ fidei enim possessor, eò quod civiliter possideat, & inde loco domini habeatur fructus indistinctè omnes consumptos planè lucratur, ut nec de æstimatione teneatur *l. 4. §. 2. fin. reg. l. questum 40. in fin. de A. R. D. §. 2. Inst. de off. jud. §. si quis a non 35. Inst. de R. D. l. bonæ fidei 48. de A. R. D. l. certum C. de RV. l. 4 §. lana de usuc. l. quod scit 25. de usur. Ar. Pintel. in l. 2. C. de resc. vend. p. 2. c. 4. n. 59. Don. 4. com. 25. Wessemb. in d. §. 35. Inst. de R. D. Ant. Fab. 4. con. 17. Vul. 1. disc. 20. Giph. in l. 136. de R. D. Bronch. cent. 3. af. 78. Pet. Frid. tr. de mat. pos. c. 8. n. 3. Fach. 1. cont. 57. Neq; l. fructus 45. de usur. mirificè hæc tenus contorta, nos in contrarium abducet cum Cujacio ad *d. l. questum 40. Duar. in tit. de navt. far. c. qui fr. in resc. ven.**

Mynf.

Mynf. in d. §. 35. Inst. de R. D. Eam enim prædictis textibus concordem fieri autumo pro ut explicatur uno ore à *Wes. Pin. Giph. dd. loc.* Non pro ut variè exponitur à *Don. Aut. Fab. Vult. Pet. Frid. dd. locc. & aliis.* Malæ fidei possessor in odium iniustitiæ, quæ omni jure reprobata est, fructus indistinctè omnes percipitos, & percipiendos, extantes & consumptos, industriales & naturales suos non facit, & domino restituere tenetur *d. §. 35. Inst. de R. D. d. §. et si de off. jud. l. certum C. de R. V. l. 3. C. de cond. ex leg. l. fructus 33. l. 62. de R. V. l. sed et si 25. §. quod autem D. de per. hered. l. 1. in fin. C. eod.*

2. *Effect. 11.* Possessor habet per possessionem modum acquirendi dominiij naturalem singularem & præsentissimum *l. 1. §. 1. h. t. Oldendorp. cl. 2. post. pr. Cont. 1. diff. 1. civ. Pet. Frid. Mind. 6. 9. n. 1 de quo sup. sect. 4. concl. 16.*

3. *Effect. III.* Possessor pro possessione adipiscenda, retinenda, & recuperanda saluberrima interdictorum habet remedia. Sed nunquid non eadem simplices detentatores habent? Illis regulariter negantur eo quod non possideant *l. 1. §. 10. & l. ult. de vi. & vi. arm. l. si duo 3. §. 7. & §. uti poss. Contard. ad lun. C. si de mom. poss. fu. lim. 21. n. 8. Menoch. ret. rem. 3. n. 46. qui ita communiter teneri scribit. Dis. Innoc. in c. cum contingit de dol. & cont. & pauci cum ipso, quos ibidem facillè refutat Menoch. Possessoribus veris & iis qui suo nomine jus possident, ut fructuario, usufruario, Emphyteutæ, vasallo dantur *l. fin. uti possid. non tantum interdicta ùtilia ut vult post gl. Treutl. p. 2. diff. 25. th. 4. lit. a. sed etiam directa d. l. fin. & ibi Dd. Menoch. rec. rem. 1. q. 5. & ret. rem. 3. q. 8. n. 72. Pet. Frid. ir. de mar. poss. c. 9. n. 3.* Non tamen negatur, quin singulariter quibusdam interdictis detentatoribus quibusdam provifum sit, ut conductoribus locorum publicorum interdicto de loc. pub. *fr. i. r. de loc. publ. fr. in possessionem missis interdicto ne vis fiat ei qui in poss. mis. t. t. ne vis fiat & c.* Omnibus quorum interest interdicto. Quod vi aut clam. *l. quanquam 12. l. competit 16. l. interdum 19. Quod vi aut clam.* Sed quomodo extra talem causam singularis provisionis aliis detentatoribus succuretur? Aut colonus, commodatarius & c. ab ipso Domino inquietantur, tum habent actionem ex suo contractu, quo à domino rem habent, ad interessè *l. si fundus 37. l. 9. locat. Contard. d. lim. n. 5. vel quod omnium utilissimum est habent officium judicis qui imploratus ex æquitate secun-**

dum legem locationis eos tueri debet *l. si duo 3. §. 7. in fin. uti possid. Myns. ad §. possidere n. 11. Inst. de interd.* Aut non à Domino sed tertio aliquo molestantur cum habent actionem contra dominum ut sibi cedat interdictum, vel ad officium iudicis iterum recurrere possunt *ad. ll. post Ripam inc. sape de rest. spol. Contard. d. lim. n. 10.* Quin etiam detentatoribus deiectis ex *can. redintegranda 3. q. 1.* rectè subveniri potest *arg. verb. ciectis post alios contrad. d. lim. n. 11. Pet. Frid. d. tr. c. 9. n. 4. s. 6.*

4. Effect. IV. Possessor eò quod possidet bona fide bonoque titulo possidere præsumitur *§. retenenda Inst. de interd. clem. an. ut lit. pend. nih. in. post alios Wes. in parat. hic. n. 7. Pet. Frid. d. c. 9. n. 13.* Hinc illud: Repertum in possessione præsumi ex titulo præcedenti possidere *l. quadam 77. de R. V. l. 1. §. 1. de exc. rei vend. l. 2. C. de acq. pos.* Ut si legata fuerit res Titio, isque reperitur in eiusdem possessione, præsumitur possidere titulo legati *l. pen. pro leg. Idem in iuribus l. si à te 16. ff. serv. vind. Mascard. vol. 3. prob. concl. 1196. Alciat. reg. 2. præf. 23.*

5. Ex eodem effectu prodit & illa conclusio. Probatis extremis præsumuntur media: puta si ipsius possessionis extrema initium scilicet & finis probentur ut probato quod hodie quis possideat & ante decennium possiderit, præsumitur etiam medio tempore & sic continuo possedisse *arg. l. pen. C. de apoch. pub. hb. 10. Covarr. n. c. possessor 2. p. rel. §. 1. n. 1. & seq. de R. 7. in 6.* qui ita communiter teneri testatur *Mascard. vol. 3. concl. 119. Alciat. reg. 2. præf. 22. idemq; in interdicto uti possideris* cum primis observandum monet *Gail. tr. de pign. obs. 22. in fin.* Et rectè cum enim possessio retineatur animo, asserens se continuasse habet intentionem fundatam, quia in his quæ sunt animi statum suo dicto *Bald. in l. 14. C. de jud. latè Borch. ad h. r. c. 3. n. 15.* Deinde in dubio non præsumitur voluntatis possidendi mutatio nisi probetur *l. eum qui 22. de prob. l. 32. §. 4. de don. int. vir. & ux. l. 23. C. de testm. l. 25. de prob.* Dis. nonnulli per *c. accedens. de privil.* cuius intellectum collationi linquam. Restringat hanc conclusionem plurimi eam procedere tantum ad præscriptionem 10. annorum, eò quod animus ultra decennium non durare præsumatur *l. furtum in f. de usuc. post Martesil. & alios Mascard. d. concl. n. 33. Covar. d. loc. n. 3.* Contrarium magis probò Quod in qualibet præscriptione sufficiat simpliciter probare extremitates cum *Alciat. d. præf. 22.* qui hanc mentem antiquorum esse asserit

6. Princì-

6. Principium ex eodem trahit illa præsumptio: Quod possidens potius nomine proprio quam alieno possidere præsumatur, arg. l. filius. 114. §. 12. de legat. 1. ex communi Dd. suffragio Masf. d. vol. 3. conl. 1197. Treutl. disp. h. t. th. 5. lit. a. Quæ ut ut generalis sit conclusio, duobus casibus locum non sortitur: Vno: si talis præcesserit causa, quæ quis verisimiliter jure proprio possidere nequeat, ut si quæstio sit de fratribus, affinibus, consanguineis simul habitantibus, aut possidentibus patrimonium, vel aliud quid indivisum; quorum unus duntaxat administrat, prædia colit, fructus colligit &c. is potius dicitur jure familiaritatis etiam pro fratre affine &c. quam proprio nomine possidere l. generaliter. qui iur. famil. Et ibi Br. h. t. Altero: Non procedit in actore agente rei vendicatione adversus reum possidentem, qui se possidere nomine proprio negavit, alieno confessus est, ad hoc ut pena l. ult. de R. V. subiaceat, quæ est ut reus propter mendacium possessione privetur, eademq; in ipsum actorem etiam nihil de suo jure probantem, trasferatur. Nam ut necessarium requisitum dispositio d. l. ult. exigat actoris probationem cum Brion in d. l. ult. Rol. à Val. conf. 88. Gabriel com. concl. lib. 5. concl. 5. n. 22. Mascard. d. concl. n. 21.

7. Inde V. Effect. Quod possessor titulum possessionis suæ nec allegare nec probare teneatur l. cog. 11. C. de pet. hered. l. 7. C. detestib. l. 4. C. de edend. Treutl. th. 5. lit. C. Petr. Frid. c. 9. n. 14. d. tr. Sufficit enim dicere quoræ ex parte quis possideat l. qui servum 20. de interrog. In judicio enim possessorio de facto h. e. an & quæ ex parte quis possideat non de jure possessionis disputatur Bald. in l. ordinarii n. 7. C. de R. V. per l. 2. §. 3. si ser. vind. Hæc autem commoditas aliquando possessori cessat ut l. in causa petitionis hereditatis; ibi regulare & perpetuum est quod possessor interrogatus de titulo seu qualitate possessionis eam declarare teneatur. l. 11. C. de pet. hered. l. 9. §. 6. de interrog. Zasf. in §. actio num. Inst. de act. Mysf. ibid. n. 129. Wurmbf. 1. pr. obs. t. 26. obs. Treutl. disp. ad h. t. d. lit. C. 2. cessat: Si jus reluctetur seu in contrarium est juris præsumptio, ut silaicus possessionem decimarum prætentat, quæ ipsi de jure Canonico regulariter concedi non debent c. ad h. c. quamvis de decimis, primitiis. Trent. d. loc. Petr. Frid. d. n. 14. 3. Fallit etiam in feudalibus: si dominus requirat à vasallo ut instrumentum feudi & titulum suæ possessionis edat post Rol. à Val. in conf. 89 & alios Borch. tr. feud. c. 8. n. 7. arg. c. ordinarii

diraris de offic. ordinar. in 6. Fac. §. un. §. vafal. fi feud. §. vafallus feud. Si de feud. def. Illud tamen rectè restringitur ad vafillum, qui recenter poffeifionem feudi nactus est: Secus in vafallo, qui longiffimo tempore, vel ab antiquo feudum poffedit: is ad editionem tituli compelli non potest arg. c. un. §. si quis per. 30. ann. *Si de de feud. def. Andr. de Ifern. in c. un. §. illud quicq; n. 66. de prohib. feud. al. per Frid. Borch. tr. feud. d. c. n. 19.*

8. Effect. VI. insignis est: Poffeffor onere probationis releuatur, idq; in aduerfarij reijcit *l. circa 14. de probat. l. 2. §. 16. C. eod. c. fapè de rest. spol. c. ad aures de præscr. c. ex literis de prob. Wesenb. in par. hic. n. 7. Mynf. §. retinenda n. 11. Inst. de interd. Menoch. 7. arbitr. jud. q. 48. n. 72. §. 34. Idem de rec. poff. rem. 10. n. 43. Mascard. vol. 3. de prob. concl. 1194.* In iuribus incorporalibus, quando quasi poffeffio poffefforem relever ab onere probationis Dd. variè tradunt. Eos omnes ad concordiam revocari existimat *Mascardus* hac distinctione, quam juri legitimam esse affero: Relevari quasi poffefforem ab onere probandi, si quasi poffeffio illa sit status vel qualitatís, quæ in facta actualiter vel potest inesse ab origine, atq; ita intelligo *d. l. circa 14. de probat. l. 7. §. 5. de lib. caus. & similes.* Non relevari: si quasi poffeffio alicujus status vel qualitatís, necessariò non conveniat cum origine rei, sed illi repugnet etiamsi conveniat intentioni aduerfarij: Unde is qui est in quasi poffeffione servitutis realis non releuatur ab onere probandi servitutem. Quilibet enim res præfumat libera ab origine *l. alius, l. si in adibus C. de servit.* Servitus autem non habet causam naturalem, sed aut impositivam aut præfcriptivam *§. ult. Institut. de servit. l. 10. si serv. vind. C. opol. tr. de serv. rurs. præd. c. 1. ad fin. Menoch. res. poff. rem. §. 9. 3. & 4.* Verum hæc res serupulo & magnis dubitationibus non caret, quas variis limitationibus eximere *Mascardus* tentat: Negotium illud disquisitioni commendo.

9. Eff. VII. Poffeffor in dubio Dominus præfumat, *Sebast. Med. tr. de conf. poff. n. 19. Wesenb. in par. n. 7. h. t. per l. sicut 8. §. 3. si serv. vind. Menoch. rec. rem. §. n. 89. Mynf. §. retinenda n. 11. Inst. de interd. Goedd. c. 1. de seq. poff. n. 83. per l. sive C. de prob. Petr. Frid. d. tr. c. 9. n. 27.*

10. Eff. VIII. Poffeffor usucapiendi conditionem & sic civilem modum acquirendi domini ex poffeffione consequitur. *l. 3. de usuc. l. 20. C. de pact. l. sine poffeffione de usuc. Quod tamen sola causat civilis poffeffio l. 2. in fin. pro hered. Jaf. in l. 1. n. 56. h. t. Covar.*

in c. possessor 2. par. vel. in n. 7. Borch. ir. ad h. t. c. 2. n. 13. Donell. 5. com. 17.
Diss. V. argu. 2. illustr. contr. c. 57. n. 6. & seqq. statuens quod sola eti-
am naturalis possessio sufficiat ad præscribendum idq; nove per
fundamentum ab aliis, ut scribit non animadvertum; quod ta-
men in ~~corporeis~~ infirmitate duplici laborat.

11. Eff. IX. Possessor habet jus resistendi propriâ auctorita-
te contra omnes, qui possessioni impedimentum aliquod cre-
ant, eamq; si ea dejectus sit, in continenti recuperandi, ob quem
effectum rectè favorabilis & privilegiata dicitur à quibusdam
possessio. v. s. *sect. 5. concl. 2.*

12. Eff. X. Possessor possessione suâ absq; cognitione privati
non debet, ne quidem injusta. l. 2. C. si propt. publ. pens. l. meminerint.
6. C. und. vi. c. licet Episc. de præbend. in 6. Quint. Mandos. de inbib.
quest. 46. n. 3. Gaul. 2. obs. 67. n. 8. Gœdd. in c. 1. de seq. poss. & fr. n. 178.
Judex enim si absq; causæ cognitione procedat immittendo ali-
quem in bona controversa, ad unius partis instantiam, vel aufe-
rendo alicui possessionem eo non citato, neq; in iudicium ritè
vocato, spoliante rectè dicitur ut ante omnia restituat per d. l. me-
muerint C. unde vi c. conquirente de rest. spol. Gaul. d. loc. Menoch. de
rec. poss. rem. 8. quest. 1. & 2. Inde ne autoritate quidem rescripti
Principis licet occupare possessionem alterius. l. fin. C. si per vim &
taliter spoliati habeant remedium d. l. meminerint Menoch. d. rem. 8.
q. 50. Diss. qui affirmant: Expulsum per vim ab eo qui habet auto-
ritatem à principe non posse agere possessorio recuperandâ Bald.
cons. 295. Ripa in c. sapè. n. 87. de rest. spol. & alii quos referunt & lin-
quunt justè refutatis eorum rationibus Menoch. d. rem. 8. n. 59. Alci-
at in. præf. reg. 3. præf. 3.

13. Sub hoc commodo nobilis illa & difficilis de possessione
sequestranda controversia se exhibet. In quo prima sit quæ est
omnium principalis conclusio: Necessariam sive judicialem se-
questrationem, rerum tam mobilium quam immobilium tam
corporalium quam incorporalium & quantitatum regulariter
esse prohibitam per l. un. C. de prob. seq. pec. c. 1. de seq. pos. & fr. Costal.
ad l. 2. s. fin. Qui laud. cog. Coraj. 3. misc. 2. n. 16. Gaul. de arrest. c. 1. n. 7.
Myns. cent. 5. obs. 35. Gœdd. de seq. poss. c. 1. n. 83. communem testatur.
Emanu. Suarez thesaur. com. op. verb. sequestratio. Vel unica illa le-
gislatori ratio ex hac commodatarum penu deprompta sufficit:
Quum possessionis commodum sit dominii præsumptio, ut s,
eag; non tantum onus probandi transferat, sed etiam adeo tuc-

tur possidentem, ut quamvis rem alienam nulla justa causa possideat, cogi tamen non debeat eam restituere & possessionem amittere adversario in domini probatione deficiente. *l. fin. C. de R. V.* Hoc ita favore possidentis introductum non esse alio modo in ejusdem odium retorquendum *l. quod favore. C. de leg.* Id quod omnino accideret, si sequestratio rerum in controversiam vocatarum sine delectu fieret & ab executione inciperetur. Dissentiunt nihilominus *Job. Robert. Aurel. lib. 1. sen. c. 5. Cujac. in part. C. de seq. poss.* statuentes non cujusq; rei sequestrationem esse prohibitam sed pecuniæ tantum ex contractu debita.

14. Ne autem variis in jure textibus sequestrationem necessariam concedentibus, quos animosè satis communi opponit *Robertus*, intricatior res videatur ad tria genera exceptionum cum *Goedde* casus, quibus in jure sequestratio illa judicialis permittitur, referam: Verissimum enim est: Quod necessaria sequestratio ut species contractus & quidem depositi. *l. 110. de V. S.* consentum omnino vel ad minimum tacitum seu præsumptum desideret: is verò in necessario sequestro inesse nequaquam possit, nisi lex eum præsumat inesse, facti enim magis est quam juris *l. consilio. de curat. fur.* Certi itaq; casus legibus determinati enumerandi sunt præter quos dicta conclusio contra *Robert. & Cujac.* obtineat. Primum genus exceptionis versatur circa possessoris prodigaliteriam & dilapidationem malitiosam quâ nimium nocere potest suo adversario. In quo genere 4. extant casus tres judiciales, Unus extrajudicialis. Judicialium *l. in c. 2. de seq. poss. & fr. II. in c. ult. eod. l. Imperatores 21. §. fin. de appell.* ubi pendente appellatione fructus rei litigiosæ ita demum sequestrari possunt, si possessor res eas dissipet. Eiusdem generis est si à beneficii possessore post laram unam sententiam à qua appellari non possit, possessionis commodum interim, donec altera quæ expectatur de eadem re sententia pronunciatur, transferendum esset juxta *cl. un. de seq. poss.* Quod rescriptum extensio est. *d. c. ult. de seq. poss. & d. l. Imper.* III. in *l. ab executione 5. C. Quorum appell. non rec.* IV. Extrajudicialis in *l. fidorem 22. §. 8. sol. matr.*

15. Secundum genus versatur circa cautiones jure debitas periculosè denegatas concurrente scilicet fugæ vel dilapidationis suspitione. Eius generis duos tantum casus numero cum *Goedd.* I. qui extat in *l. fidejussor 7. §. fin. Qui satisd. cog.* II. in *l. S. C. eo 16. §. fin. de offic. pres.* Nec agnosco hujus generis casum in *l. 1. §. si frater.*

frater. de collat. bon. in l. sed etsi 11. §. 1. vers. proinde. ad exhib. in l. 5. fam. ercis. Contra Robert. d. loc. Neq; in l. in luitibus 20. C. de agr. & cens. lib. 11. contra Coras. 3. msc. 2. n. 10.

16. Tertium genus suppeditat nobis status incertitudo in rebus ad peculium pertinentibus, quod etiam aliqua est dubitatio vel illiquida ratio l. 1. §. 1. C. de ass. tol. l. fin. C. Quib. ad lib. prov. non lic.

17. Sed quaeritur hic: Anne liceat judici ob armorum metum, rem sequestrare? Communiter, quod ita, Dd. placuit arg. l. §. cuius 13. §. *equissimum de usufr. Gail. 1. obs. 5. Covar. c. 117. pract. quest. lib. Emanu. Soar. thes. com. op. verb. sequestr. Idemq; Augustæ Vind. Anno 1555. statuum suffragio sancitum est Ord. Cam. Imp. par. 2. 2. 21. §. Ob auch in obberürtem Ball. Sed hoc ex novo Imperii Germanico-Romani placito est. Romano juri id non esse contentaneum puto per l. un. C. uti poss. ibi verba transferenda possessionis accipiens non de sequestro sed missione in possessionem cum Cujac. ad Paul. 1. sent. 11. Goth. in d. l. un. Fachin. §. cont. 16. Gædd. in c. 2. de seq. poss. n. 45. Diff. Joh. Robert. 3. sent. 21. qui illa verba de sequestratione intelligit. Aliter Duar. 1. anni disp. 21.*

18. Quaeritur item: Anne propter contumaciam sequestratio sit permittenda? Cum neq; hic ulla lex vel decisio consensus praesumat, negantium parti accedo per c. 1. de seq. poss. ne contumax leviori, quam decet, affligatur poena, innocenti vero jus suum, quod habet per immisionem in bona, detrahatur. Joh. Andr. in d. c. 1. de seq. poss. Gædd. ibid. n. 106. Trentl. disp. h. t. thes. l. i. e. Diff. post Innoc. in d. c. 1. n. 18. Coras. 3. msc. 7. n. 8.

19. Eff. XI. Possessor non obstante totali sequestratione habet sustentationem & alimentationem, quin etiam sumptus litis ex sua possessione si aliunde non habeat l. ut. vers. nam si tales. C. de ord. cog. fac. l. pen. ut in poss. leg. Quæll. licet loquantur tantum in causis neptium, filiarum, uxorum, d. l. pen. servorum d. l. ult. iustissima tamen ratione extenduntur à Dd. etiam in causis plane extraneorum Dd. in d. l. fin. Gædd. in c. 2. de seq. poss. n. 54. Petr. Frider. Mind. tr. de mar. poss. c. 9. n. 31. Fac. eleganter c. ex parte de accus. l. 27. §. 3. de inoff. test.

20. Eff. XII. Possidens immobilia non praesumitur suspectus de fugâ ideoque onere satisdandi in judicio relevatur l. 15. Quis ausus. cog. ib. Wes. in par. Gail. 2. obs. n. 10. Bapt. St. Caccial. tr. de deb. susp. & fug. q. 1. n. 9. Et seq.

21. Eff. XIII. In pari causa potior est conditio possidentis
c. in pari de R. 7. in 6. veluti si producerentur duo testamenta eodem die confecta, qui in altero heres scriptus possidet antepo-
nendus erit donec alter probet testamentum suum posterius fa-
ctum esse arg. *c. si à sede de prab. lib. 6. Myns. inst. de intend. §. retinende. n. 11. Masc. vol. 3. concl. 1194. n. 9. Pet. Frid. d. ir. c. 9. n. 19.* Ex hoc &
illud juris axiomâ prodiit: Duobus re venditâ donatave & c. eum
cui priori tradita est in detinendo dominio potiorum esse. *l. 15. C. de R. V. l. 93. de R. 7. l. 9. §. 4. de Publ. in re. l. 6. C. de hered. vend. l. 72. D. de R. V.* Quod tamen fallit inter alias exceptiones in principis
concessione liberali. Ea enim prima semper praevalet posteriori,
etiam si posterior donatarius prius in possessionem rei donate
venit. *l. pradia C. de hoc. prae d. civ. l. omnes l. à Zenone. C. de quadr. prae-
script. latè post alios Gail. 2. obs. 55. Zas. epit. feud. 5. p. pr. n. 8.*

22. Ex eadem ratione profectum est: Quod duobus de
principatu vel comitatu contententibus, vasallus in dubio ho-
magium ei praestat, qui possidet arg. *l. 60. §. 1. de usuf. Val. Forst. tr. de
suc. ab intest. t. cui incumb. on. pr. n. fil. §. relic. & c. Pet. Frid. Mind. d. ir.
c. 9. n. 20.*

23. Eff. XIV. Inter majores & hæc magna commoditas est.
Quod possessor ratione suæ possessionis, si ab aliis diffamatione
aliqua inquietetur, intèrere possit remedium *l. d. ffamari. per l. dif-
famari C. de ing. man. Gail. 1. obs. 9. n. 2. Ant. Gomes. 1. var. res. 3. c. 1. n.
18. Contard. add. l. diffam. n. ampl. n. 117.*

24. Eff. XV. Possessor respectu suæ possessionis diffamans,
vel actionem intentans, etiam in iudicio postea succumbat ta-
men in expensas non condemnatur: De sua enim possessione li-
cet minus canonica, sine calumnia quis gloriari videtur *l. 5. in f. pr.
si usus fr. per. l. 15. de nov. op. nunt. §. 4. vers. commodum Inst. de interd.
Contard. ad d. l. diffam. limit. n. 20 Pet. Mind. d. ir. 19. n. 35.*

25. Eff. XVI. Deniq; possessor pignoris jus offerendi habet
*l. 12. §. 1. Quib. mod. pig. vel by. sol. l. 16. §. 3. de pignor. l. 19. Qui pot. in pig.
Cujac. 11. obs. 35. Myns. §. retinende. Inst. de interd. Treulth. 5. lit. d.
Pet. Frid. Mind. d. ir. de mat. poss. c. 9. n. 37. & alii.*

COROL.

PETITORIUM & possessorium retinende non concurrunt. Cetera possessoria
cum petitorio concurrere possunt.


Δ Ο Ε Α Θ Ε Ω.

X2617645

1077







B.I.G.

Farbkarte #13

2
1

SSIONE
TATIO 1612, 2

torum Jenensium

DE
ultissimo viro

FOMANNO
Salanâ, nec non Consi-
c Scabinatus ibidem
nissimo

olica exhibet

US GERDES
egapolit.

Anno 1612.



Rauchmaul.

